M. ANTHON JVL

COMMENT

IN R. ISAACI ARAMÆ DISSERTA
DE VSV LINGVÆ, NVP

DE

MEDRA
SYMBOLICA V
JVDÆOR

COMMENTANDI

IN ACADEMIA

INCLYTI ORDINIS PHILOS
A. MDCCXXIX. MEN

IN STVDIOSORVM G
ADORNATA.

HELMSTA
TYPIS PAVLI DIETERI
ACAD. TYPO

JVLII von der Hardt

ENTATIO

ISSERTATIONEM RABBINICAM
VÆ, NVPER EDITAM,

DE

RASCH,
CA VETERVM
EORVM

ANDI RATIONE:

DEMIA JVLIA

HILOSOPHICI CONSENSV
X. MENSE MARTIO
ORVM GRATIAM
ORNATA.

MSTADII
ETERICI SCHNORRII
. TYPOGR.

R. Isaac Arama Hispanus,
Philosophus solers,
avitæ commentationis gnarus,
majorum symbola veneratus,
parabolarum gentis suæ amans,
impense rogat christianos,
antiquitatis conscios,
rerum judaicarum peritos,
philologos industrios,
quid sit medrasch *indagare,*
quis argutus veterum stilus indicare,
quis orientis in dicendo genius commonstrare,
adagia evolvere,
figuras dictionis enodare,
seculi prisci ingenium contemplari,
vetustisque monumentis lucem fœnerare.

Scr. A. MDCCXXIX. d. 30. Martii.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

IN R. ISAACI ARAMÆ DISSERTATIONEM RABBINICAM DE VSV LINGVÆ,

DE מִדְרָשׁ

SYMBOLICA VETERVM JVDÆORVM COMMENTANDI RATIONE.

VIx *Aramam* ex judæorum doctoribus *philosophum* nuper stitimus, & ad eundem illustrandum statim redimus, velut properantes; quod mihi juveni vitio vertat, qui non meminerit primos annos studiis sollicite esse in juventute impendendos, dum adsunt, otii fuga, cum prima facile effluat vita, quæ senectutis expectandæ sigillo caret. Cui fini proverbium subinde mihi est inculcatum ex *Sanhedr. f.* נב. *c.* 1. כמה גמלי סבי דטעיני משכי דהוגני. *πλεονασικοὶ κάμηλοι πρέσβεις, ὅιτινες πεφορτισμένοι σκύτεσι τῶν νεανίσκων, multi sunt cameli seniores, qui portant pelles juniorum* ad forum. Maturatu proinde opus ante senium, ut mature constet quid sit viri. Senium non facit virum, sed fuisse & esse demonstrat; juventus quærit vires viro suffecturas. Fas in studiorum stadio memores esse moniti *Ecclesiastæ c.* 12, 1. זכור את בוראיך בימי בחורותיך *γνώρισον τὰς μορφώσαντας σε ἐφ' ἡμέραις κȣρσύνης σȣ, memento conditoris tui tempore juventutis tuæ*, in paranda doctrina ætati ingravescenti profutura. Nobis semper in oculis נמלה *μύρμηξ, formica*, Salomonis digito, cum peritia non nascatur, sed acquiratur, ut olim adhibeatur. Speramus juvenes, dum

 aratro

aratro terram vertimus, laboris fructum & feris annis usum, si contingat ætas. Quam ergo superiori mense dare contigit *rabbinicam dissertationem R. Isaaci Aramæ, judæi hispani*, seculi XV. ex *Akedat Jizchak, de usu linguæ*, lucem mereri ampliorem intelleximus pro rerum copia, imprimis cum non solum *antiquitatis genium* exprimat, sed & *philosophiæ vestigia* legat, rationum studio solerti. Commentatur ibi *R. Isaac Arama* non tam *in legem Mosis* de leproso mundando, quam in *parabolam judæorum vetustam, de pharmacopola Sepphorensi, qui aroma vitæ, per vicos Galilææ oberrans, venundederit*. Hausit hanc ex *Vaijikra Rabba sect.* 16. Quoniam hæc *parabola* collimat in mosaicam, de leprosi mundatione ac velut in vitam restitutione, legem ad *usum populi transferendam*, cum de lepra lectoribus plerisque parum constet, more inter judæos vetusto *historia* illa mundandi leprosi argute ab illis est *applicata ad* detractores & maledicos in civitate criminatores, qui leprosis mundandis sint similes. Quod *applicationis genus* judæis audit suo loco מִדְרָשׁ, uti *commentarii veterum, talibus parabolis & legum applicationibus argutis pleni*, characterem מִדְרָשִׁים referunt. Quandoquidem ergo *R. Isaac Arama* in *parabolam veterem de pharmacopola aroma vitæ venundante* erat commentaturus, fontem unde illam repetat in fronte posuit, dicens מדרש. Qui est *character vetusti commentarii symbolis & parabolis referti in Pentateuchum*, adeoque & *Leviticum*, in quo illa parabola est commemorata. Cui *veteri in Pentateuchum symbolico* magna ex parte *commentario* ordinarium nomen רבות *Rabbot*, λάυρων, *ampli & largi ac copiosi commentarii in Mosen*, qui distincti per quinque mosaicos tomos, in בראשית רבה *Genesin magnam* aut amplam, שמות רבה *exodum magnum*, ויקרא רבה *leviticum magnum*, במדבר רבה *numerorum magnum*, אלה הדברים רבה *deuteronomium magnum*. Atque ita *R. Isaac Arama* suo מדרש designat speciatim ויקרא רבה *leviticum magnum*. Similis generis est מדרש חמש מגלות *Commentarius symbolicus in quinque libellos*, Threnos, Ecclesiasten, Rut, Canticum Cant. Esther. Ejusdem indolis מדרש תלים *commentarius symbolicus in Psalmos*. מדרש מכילתא *commentarius symbolicus in Exodum*, tributus R. Jischmaëli ben Elischa secul. 2. De quibus ante dici nihil commode potest, quam *quid sibi velit vox* מִדְרָשׁ *distincte evolvatur*, præsertim cum non una ejus sit significatio.

CAP. I.

CAPUT I.

Generatim de amplo in fontibus hebraicis usu verbi דָּרַשׁ ἱστορεῖν, *quærere, inquirere*, suchen/ untersuchen / sich wornach umsehen.

VErbum דָּרַשׁ, in monumentis sacris hebraicis & judæorum scriptis perfrequens, diversis constat usibus, quos *distinguere* ante omnia necesse est, *ad confusionem vitandam*, quæ plerosque interpretes distorquet.

דָּרַשׁ in Mose & prophetis est ἱστορεῖν, *cognoscere, inspicere, quærere, scrutari, pervestigare, interrogare, sciscitari, percontari, consulere, visere, lustrare*, sed & *recensere* ac *commemorare*. Quæ universa græcis sunt ἱστορεῖν, pro scopi in dicendo discrimine. Quod verbum ἱστορεῖν, formatum est a nomine ἵστωρ, quod est *sciens, peritus*, qualis est & *testis, judex, arbiter*, quorum est *res curate nosse*. Et hoc ab ἴσημι, *scio*, ipsi repetunt græci, cum in rerum cognitionem acquirendam aut acquisitam illa omnia tendant. Inspiciuntur res, ut cognoscantur; quærimus & interrogamus, ut sciamus; scrutamur & pervestigamus, ut penetremus; consulimus alios, ut intelligamus; recensemus & commemoramus, dum cognovimus & perspeximus. Cognitionis sunt characteres דרש & ἱστορεῖν, Hesychii judicio.

Cognatum ἵστωρος, *periti*, est μήστωρ, *peritus*; quod alius originis, a μῆδος, *cura*, a quo μήδομαι, *curo*. A quo μήστωρ latini nacti suum apud romanos peritiæ & præfecturæ insigne, *magister*, utpote civium, tribunorum, equitum. Quibus nostri debent Meister/ in magnis & excelsis æque ac parvis regnorum, curiarum & civitatum officiis. Nobis hic sermo *de negotiis fori judaici*, usu verbi דרש ἱστορεῖν, *cognoscere, quærere, inquirere*; quod est judicum.

Jungitur quidem *judici* sæpe שׁוֹטֵר προστάτης, *præfectus*, Fürsteher: viderique poterat referre vel μήστωρα vel ἵστωρα; verum שְׁטַר & מִשְׁטָר in sacris & apud judæorum scriptores est προστασία, *præfectura, dominium*, magnum aut parvum, *cura, tutela*. Unde est προστατέω, *præsum*, a προΐσταμαι, *antisto, præsum*. Omnia ab ἵστημι, ἵσταμαι, *statuor, constituor*.

 Aliud

Aliud porro est *in foro judaico* שטר *ἐξάρτισις*, *instructio*, *instrumentum*, *notariorum & scribarum opus*, *ἐξαρτίζειν instruere*, ab *ἄρτιος*, *integer*, *perfectus*. Distinguere voces, per genuinas suas significationes, uti necesse, ita nonnullius est artis. Et in his, *qui bene distinguit, bene docet*. Dum nos disquirimus hoc loco *de forensi verbo* דרש *ἱστορεῖν*, *quærere*, *inquirere*, quærimus *appellandi rationes nativas & proprias*; siquidem tum demum & hæc *scimus*, dum *causas denominandi* cognovimus. Et philologia non exigua sed magna sui generis *scientia*, *in solida autorum lectione & interpretatione* posita, unde omnis reliqua scientia proficiscitur. *Causæ & rationes* interpretationis, *scire* docent; *ignorantia rationum* in autorum recensione parit cognitionem levem & opinionem plebejam.

Proprie ac proxime competit verbum hoc דרש *ἱστορεῖν*, *lustrare*, *circumspicere*, *scrutari*, *interrogare*, *consulere*, hominibus. Et quidem primo *physice* de *negotiis privatis*, quæ considerantur. Dein refertur *moraliter* ad *negotia publica*, ad *magistratus*, qui curam habeant reipublicæ; quorum est *scire* statum civilem, adeoque *cognoscere*, *perquirere*, *lustrare*, subditorum negotia, pro ordine & tranquillitate servandis. Adeoque primum est *subditorum*, in rebus & fatis difficilibus *ire ad magistratum*, tanquam reipublicæ caput, *pro illo consulendo*. Sicut in domo *pater familias*, ita in civitate *magistratus* consilii præses, ille privatus, hic publicus. Quemadmodum ergo subditi *consulunt* magistratum, ita vicissim magistratus *inquirit* in res subditorum. Atque ita דרש *quærere*, est *civium* inter se & apud *magistratus*, ut *cives consulant* magistratum, in rebus dubiis & controversiis, & *magistratus inspiciat* quærentium, dissidentium, contrahentium civium res.

Quo pacto *moraliter* דרש *ἱστορεῖν*, *dispicere*, *quærere*, est *civitatis*, in negotiis privatis & publicis, per *cives* & *magistratus*. Quæ *vox* sua natura *civilis*, *active & passive*, transiit usu & *applicatione* sublimiori, *morali significatione*, ad *summum magistratum*, numen supremum, *deum*, sive apud gentes, pro superstitione, ad numina & idola, sive pro religionis puritate, ad *unum deum vivum*. Siquidem pro analogia, regimini terreno, regum & magistratuum, respondet regimen dei per orbem, terras & provincias.

Quæ

Quæ similitudo & quædam imperandi paritas, effecit in linguarum humanarum imbecillitate ac imperfectione, ut in sermone humano *verbum* דרש ampliori translatione fieret etiam *vox religiosa*, tum ratione *idolorum* pro fascino gentium, tum ratione *veri dei*, *active* & *passive*; ut deus dispiciat & inquirat in orbem velut subditos, & homines quærant consulantve deum, tanquam magistratum supremum; quemadmodum tota oratio de rebus cœlestibus analogiam refert rerum terrestrium, pro regiminis similitudine; unde deo tributi sensus videndi, audiendi, veniendi, eundi, abeundi, redeundi, inspiciendi, cognoscendi, dijudicandi, ad exemplum regum & magistratuum in terris; de quibus *philologi* & *rhetores* fuse in *anthropopathiis*, & *Maimonides in More Nebochim*. Quæ universa non *physicam* sed *moralem significandi vim habent*.

Quomodo *verbi* דרש ἱςορεῖν *vis ac nervus* illi plenius constat, in civilibus & sacris, privatis & publicis rebus, cui integrius cognitus est habitus negotiorum utrorumque, pro sua indole ac amplitudine. Quanto erit major peritia rerum civilium, in cognoscendis, investigandis, lustrandis rebus, obviis vel statis, privatis & publicis, tanto pro experientia est plenior cognitio ponderis verbi דרש in rebus civilibus vel sacris. Quanto est in lectore vel interprete minor experientia & cognitio, tanto minus capitur vis vocis & sermonis, tantoque tenuius explicatur. Qui navem non vidit foris & intus, naufragii terrorem & ambitum nec capit nec enarrat, nisi leviter & confuse, velut per somnium. Tanti est *grammatica*, *sermonisve peritia*, *quæ pendet a rerum usu & experientia*. Unde & *vis vocum & orationis* sensim cognoscitur & exponitur plenius ac luculentius, quando sensim crevit in vita & rebus agendis usus. Orationem decem, centum, audiant, legant, quorum hic aliquid, alter plus, tertius amplius intelligat ac penetret, *pro majori vel minori rerum usu*. Cum enim sint *verba signa rerum*, pro rerum cognitione significatio cognoscitur amplior vel tenuior, ut in singulis orationis partibus, ita & in toto orationis habitu, pro scopo. Huic oratio levis, alteri eadem gravis; huic etiam obscura, alteri perspicua; huic sine nervis & argumentis, alteri nervosissima.

Qua-

Quapropter, ut verbo דרש distinctius cognoscendo paretur via, libet ordine paucis subindicare, *quomodo per gradus verbum hoc sensim civilia & sacra pervaserit negotia*, ut cœlum & terram tandem ambiret, pro singulorum comparatione, prima & nativa vocis significatione in aliam subinde aliamque translata, pro orationis sermonisve humani jure.

Non profitemur, nos *nervos vocis* omnes pro diversissimo usu, in rebus toto cœlo discrepantibus, submonstraturos, sed, ut diximus, nos viam solum eminus ostensuros, *distincta vocis velut per classes descriptione, quæ in singulis subsint pondera.* Juvenis enim, qualis ego, dicat aliquid, cum capiat horum nonnihil, vir addat plusculum pro uberiori rerum usu, senex forte assequatur integrius, pro experientia diuturniore. Interim inter nostros paresve fas dicere aliquid, quod ferat sensim ad ampliora, intelligendo ac recensendo vel interpretando. Discimus dum vivimus, ac proficimus dum exercemus; quod optamus singuli. Non nascimur periti, sed fimus, dum volumus; nec momento, sed cum annis, usu longo, & enixa contentione.

CAPVT II.

De proximo *usu verbi* דרש ἱστορεῖν, *quærere*, *physico*, in re privata & domestica.

SEnsuum proprie res, & rerum in oculos incurrentium, דרש ἱστορεῖν, *quærere*, *dispicere*, *lustrare*. Quomodo de *animantibus* proxime dicitur, *hominibus* & *brutis*, quæ quærant & dispiciant de rebus sibi necessariis.

De *mulo sylvestri*, in sylvis & campis victum libere quærente, דרש ἱστορεῖν, *quærere*, *Job*. 39, 8. תור הרים מרעהו ואחר כל ירוק ידרוש *ἀνώτερον ὀρῶν φορβὴ αὐτοῦ, καὶ ὕστερον, πηλίκον χλωρὸν ἱστορεῖ, in alto montium pabulum ejus, dein qualecunque viride quærit*, in desertis etiam & campis.

Quanquam vero autor non *feram* spectet, sed *gentem Ammoniticam*, quæ in Peræa montibus, desertis & campis, urbibus & arcibus, oppidis & pagis, libere degat, suo victui, suis negotiis intenta, figuram tamen sumit a fera illa, cujus in *victu quærendo*

rendo liberum studium pingat, qua feræ umbra Ammonitis effigiata. Illi in carmine arguto *mulus sylvestris* est *Rabbat Ammon* pro symbolo, sicut eidem eodem versu *onager* est *Ar moab*, Moabitis, Ammonitidi vicina: & v. 10. *hircus* est imago *Auranitidis* in Aramæa ad fontes Jordanis sub Libano.

De *femina*, de re œconomica sollicita, oculis suis undique usa, דרש ἱστορεῖν, *lustrare*, *dispicere*, *quærere*, *Prov.* 31, 13. דרשה צמר ופשתים ἱστορεῖ εἶρος καὶ στύπας, *perquirit lanam & linum.*

Pari ratione de *pauperibus* stipem quærentibus דרש ἱστορεῖν, *Ps.* 109. 10, יהיו בניו יתומים ואשתו אלמנה ונוע ינועו בניו ושאלו ודרשו מחרבותיהם. *γενήσονται παῖδες αὐτοῦ ἀμήτορες, καὶ εὐνάστρια αὐτοῦ ἀναλελυμένη, καὶ πλανόμενοι κλανηθήσονται παῖδες αὐτοῦ, καὶ προσλιπαρήσουσι, καὶ ἱστορήσουσιν ἐν χρεεύσεσιν αὐτῶν*, *fient filii ejus pupilli, & uxor ejus vidua, & oberrabunt filii ejus, & petent & quærent in defectibus suis.*

De re amissa, *quærenda* vel *quæsita*, דרש ἱστορεῖν, *quærere*, *Deut.* 22, 2. אם לא קרוב אחיך אליך ולא ידעתו ואספתו אל תוך ביתך והיה עמך עד דרוש אחיך אותו והשיבותו לו *ἐὰν οὐδόλως παρεγγὺς κασίγνητος σου παρὰ σοι, καὶ οὐδόλως οἶδας αὐτὸν, τότε ἐπισύναξον αὐτὸ εἰς τὸ μεταξὺ δόμου σου καὶ ἔσω μετὰ σου, ἔστε ἱστορεῖν κασίγνητον σου αὐτὸ, τότε ἀποστρεψον τοῦτο ἐκείνῳ*, *Si non sic prope frater tuus*, (israelita alter, qui rem amisit, quam alter invenit) *apud te*, *nec nosti eum*, *tunc recipe illud* (amissum) *in domum tuam, & sit apud te, donec illud quærat frater tuus*, *tunc restitue hoc illi.*

CAPUT III.

De *usu morali* verbi דרש ἱστορεῖν, *quærere*, in rebus privatis, in *consiliis* & machinationibus, bonis malisve, & de *historiæ studio.*

PHysica illa significatio verbi דָּרַשׁ ἱστορεῖν, *quærere*, est sensim *translata in sensum moralem*, de quacunque *cura & sollicitudine*, *de negotiis*, suis vel aliorum. Atque ita דרש ἱστορεῖν, *quærere*, *est res animi & consilii de negotiis instituendis aut institutis.* Quomodo *usum oculorum* præ se fert *usus mentis & rationis*, qui pro oculis internis, sicuti sermo humanus, in vocum parsimonia, pro necessitate

res

res obvias quascunque exprimendi, voces proprias transfert ob analogiam in quemcunque similem usum. Unde *troporum* numerus infinitus, per singulas fere voces, quod *sermonem* facit maxima ex parte *figuratum*. Estque artis haud exiguæ, nosse primam propriam cujusque vocis notionem, dein translationum seriem & modum. Quod interpretationis beneficium & artificium vim orationis intime penetrat, & in recensendo lucem præbet ingentem.

Sic dicuntur *quæri bona vel mala*, commoda vel damna, virtutes aut vitia, *pro animi cujusvis indole & scopo*, pro impetu inconsiderato, vel pro affectuum motu, & consiliorum integritate aut labe. Quod *negotium morale*, quærendi ac intendendi, moliendi ac apparandi, *animi negotium*, vel in proprium vel aliorum collimat commodum aut damnum. *Amos* 5, 14. דרשו טוב ולא רע למען תחיו, *ἱστορεῖτε ἀγαθὸν καὶ πώμαλα πονηρὸν, ἀλλὰ μὴ ἕνεκα βιώσητε, quærite bonum & non malum, ut vivatis*, ut bene sit vobis. Perniciem alterius *quærentem* sive machinantem, דורש, incidere subinde in suamet retia, monitum *Prov.* 11, 27. דורש רעה תבאנו *ἱστοροῦντι πονηρὸν, προσβαίνει ἐκείνῳ, qui quærit malum*, machinatur, *incidit in illud.*

Machinamenta detractorum, criminatorum, דורשים, *quærentium* cladem alterius, aversatur *Psalmus* 38, 13. וינקשו מבקשי נפשי ודורשי רעתי דברו הוות ומרמות כל היום יהגו *ἀγχονίζουσι ἐξιχνεύοντες ψυχὴν μου, καὶ ἱστοροῦντες πονηρόν μου, φράζουσι πήματα, καὶ πανουργήματα ὅλην τὴν ἡμέραν λογίζονται, stringunt, qui insidiantur animæ meæ, & qui quærunt*, moliuntur, *damnum meum, loquuntur ærumnas, & dolos toto die meditantur.*

Suadet exulibus in babylonia judæis Jeremias, *quærere*, דרש *ἱστορεῖν, commoda civium* inter quos degant. *Jer.* 29, 7. דרשו את שלום העיר *ἱστορεῖτε τὸν γαληνισμὸν τοῦ ἐμπορίου, quærite tranquillitatem urbis*, sine molimine turbarum & damnorum in alios; qui humanitatis studeant officiis.

In parandis scientiis, imprimis in *historiæ* studio, *quærendi opera* difficilis & ambigua, notata ab Ecclesiaste verbo דרש, *ἱστορεῖν*, *Eccles.* 1, 13. נתתי את לבי לדרוש ולתור בחכמה על כל אשר נעשה תחת השמים הוא ענין רע נתן אלהים לבני האדם לענות בו

δέδωκα

δέδωκα τὸ σπλάγχνον μȣ πρὸς τὸ ἱςορεῖν καὶ πρὸς τὸ θεωρεῖν ἐπὶ γνώμης περὶ ὅλȣ ὅσονπερ ἐσκευάσθη κάτω τῶν μεταρσίων, τȣ̃το πόνος πόνηρος, ὃν ἔδωκεν ὁ τὰ λόγια ϑοῖς παισὶν τȣ̃ ἀνθρώπȣ, πονεῖσθαι ἐπ' αὐτῷ. Verti animum meum ad dispiciendum & considerandum curate omne id quod factum est sub cœlo ; hoc negotium est miserum, quod dedit numen hominibus, quo macerentur.

Legati babylonii missi ad Hiskiam, *sciscitaturi* de prodigio in Palæstina edito 2. *Chron.* 32, 31. מליצי שרי בבל המשלחים עליו לדרוש המופת אשר היה בארץ Μελίζοντες κρατίςων Βαβυλῶνος ȣ̃ς ἔςειλαν πρὸς αὐτὸν τȣ̃ ἱςορεῖν τὸ θαῦμα, ὅσονπερ ἐγενήθη ἐπὶ τῇ χέρσῳ, *oratores magnatum Babylonis, quos miserant ad illum, sciscitatum prodigium, quod extiterat in regione illa.*

Jeremias culpatus a judæis, qui non *quæreret pacem communem*, sed perniciem urbis per hostes, *Jer.* 38, 4. איננו דורש לשלום לעם הזה כי אם לרעה ȣ̓θὴν ἐκεῖνος ἱςορεῖ τὸν γαληνισμὸν τῷ δημῷ τοσȣ́τῳ εἴγε μὴ τὸ πονηρὸν, *non quærit ille*, intendit, *tranquillitatem populi hujus sed damnum. Quærere* in his omnibus, *res animi & consilii.*

CAPUT IV.

De *ampliori usu morali* verbi דרש ἱςορεῖν, *quærere, in rebus fori*, pro studio justitiæ & juris in civitate, ut *apud magistratum* in rebus dubiis *quærat* auxilium & remedium *subditus*, & *magistratus quærat jus & salutem populi.*

VTi res *domi* geruntur ordine, pro re privata, *quærendis* commodis, physice & moraliter, pro tranquillitate privata, sub patris familias cura & providentia, ita & *tota civitas* amplo suo corpore, *patrem familias communem*, dei & prudentum sapienti instituto, nacta est, *magistratus* nomine, qui rem communem norit & spectet pro incolumitate omnium. Quod ergo conversatio civium inter se mille modis fit periculosa & anceps, cum & malitia æque ac imperitia & imprudentia artes habeant & vias lædendi & nocendi, hinc *legibus publicis* a magistratu est provisum saluti universorum. Est autem *subditorum erga magistratum devotio* declaranda *veneratione* & honore, tum *legem publicarum observatione.* Sicut enim domi pater familias honore a familia afficitur,

quæ

quæ & regulas ejus domesticas ac præcepta observare teneatur, cum regimen œconomicum suo constet ordine: ita & in civitate universa magistratus a sua civitate velut familia *honorem* & *obsequium* poscit. Cavet ergo apud cives suos, *ne alienos mores adsciscant, alienum magistratum quærant, alienasque leges attendant*, sed suæ reipublicæ statuta observent, iisque acquiescant, pro ordine & tranquillitate concordiaque civitatis servanda. Vnde obortis dubiis inter cives, litium seminibus, *quærendus* est *magistratus*, pro legum sententia explicanda aut protegenda. Hanc *magistratus opem expetere* eleganti *forensi morali usu* vocant scriptores sacri דָּרַשׁ ἱϛορεῖν, *quærere.*

Lex Mosis diserta, *de civium jure, consulendi magistratum*, דרד ἱϛορεῖν, de legibus & salute subditorum, beym Raht suchen. *Deut.* 17,9. Si lis suboriatur, ובאת אל הכהנים הלויים ואל שופט אשר יהיה בימים ההם ודרשת והגידו לך את דבר המשפט: Φοίτησον πρὸς τὰς ἱερεῦς τὰς λευίτας, καὶ πρὸς δικαςὴν, ὅσπερ ἔςαι ἐπὶ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἱςόρησον, καὶ διηγήσονται σοι τὸ πρᾶγμα τῆς θέμιςος. *I ad sacerdotes Levitas, aut judicem, qui tunc erit, & consule,* quære, *& recensebunt tibi rem juris.* Consultus Moses in rebus fori, *Ex.* 18, 15. ויאמר משה לחתנו כי יבא אלי העם לדרוש אלהים ἐμαρτύρησε Μωσῆς ἀγχιςεῖ αὐτῷ, ἥκεν βαίνει πρός με ὁ δῆμος τῷ ἱςορεῖν λόγια; *dixit Moses ad cognatum suum, omnino venit ad me populus, ut quærat numen*, magistratum.

Rex consulendus *Es.* 11, 10. והיה ביום ההוא שרש ישי אשר עומד לנס עמים אליו גוים ידרשו והיתה מנחתו כבוד. ἂν εἶεν, ἐφ' ἡμέρᾳ τοιαύτῃ ῥίζα Ἴσαι ὅσηπερ ἀνεςάθη εἰς σημεῖον δήμων, περὶ αὐτῷ γοναὶ ἱςορήσωσι, καὶ ἔςαι ἀνακωχὴ αὐτῷ δόξα. Ceterum *illo tempore, quoad radicem Isai, quæ stat pro signo gentium, ad illum respicient gentes, & erit requies ejus gloria,*

Magistratus vicissim officium, in litibus & controversiis casibusque difficilibus, *quærere justitiam. Es.* 1, 17. דרשו משפט ἱςορεῖτε θέμιςα, *quærite jus. Es.* 16, 5. Encomium regis דרד ἱςορεῖν, *quærere justitiam;* שופט ודורש משפט ומהיר צדק δικάζων καὶ ἱςορῶν θέμιςα, καὶ ὁρμητικὸς εἰς δικαιοσύνην, *judicans & quærens jus & propensus in justitiam.*

Pro jure dicendo, primum negotium magiſtratus *inquirere* דרש *ἱϛορεῖν*, *cognoſcere* curate cauſas, auditis teſtibus vel conſideratis circumſtantiis, *morali quærendi ſignificatione*, die Sache unterſuchen. *Deut.* 19,18. ודרשו השופטים היטב *ὁπότε ἱϛόρησαν οἱ δικαςαὶ σπεδαίως*, *quando inquiſiverint*, cognoverint, *judices diligenter*. Quo uſu jungitur *τῷ* דרש *ἱϛορεῖν*, *inquirere*, pro majori inquiſitionis ſtudio exprimendo alterum ſynonymum חָקַר *ἀκριβᾶν*, *exquirere*, *ſcrutari*; quin & tertium שָׁאַל *συναλλάττειν interrogare*, inquirere & ſcrutari.

Qui ſynonymorum uſus in omni etiam foro ſolennis. *Deut.* 13, 14. ודרשת וחקרת ושאלת היטב *ἐπὰν ἱϛόρησας, καὶ ἠκρίβωσας, καὶ συνήλλαξας σπεδαίως*, *quando perquiſiviſti & ſcrutatus es*, *& interrogaſti diligenter*. *Moſes* ipſe, utpote judex iſraëlitarum, *inquiſitionis* negotio occupatus tantum non ſemper, donec ſeniores conſtitueret, qui minores cauſas cognoſcerent, & ſi quid difficultatis ad ipſius tribunal referrent. In criminali proinde negotio duorum filiorum Aaronis, fratris ſui, in cauſam hanc maxime arduam *inquiſivit* ſevere, qui in feſto expiationis enormiter in leges peccaſſent, rogo exinde plexi. Quæ moſaica *inquiſitio* aut cognitio verbo דרש *ἱϛορεῖν*, *ſcrutari*, *cognoſcere*, eſt expreſſa *Lev.* 10,16. ארת שעיר החטאת דרוש דרש משה והנה שרף. *κατ' ἔριφον τῆς ἐκθύσιος*, *ἱϛορῶν ἱϛόρησε Μωσῆς*, *καὶ ἠνὶ ἐνεπυρίσθη*, *In hædum luſtrationis inquirebat Moſes ſollicite*, *ſed ecce combuſtus*.

Rex Joas injunxit Jojadæ pontifici *diſpicere de Levitis*, hieroſolymam ad ſacra vocandis, 2. *Chr.* 24, 6. מדוע לא דרשת על הלוים *διὰ τί μὲν ὅδόλως ἱϛόρησας περὶ τῶν Λευιτῶν*, *quare non diſpexiſti de Levitis?* 1. *Chr.* 25, 30. Chebronitæ anno quadrageſimo regni Davidis נדרשו *ἱϛορήθησαν*, *ſunt quæſiti*. Quod antiſtites populi non *quærant* populi ſalutem & incolumitatem, Ez. 34, 3. אין דורש ואין מבקש. *ἄνευ ἱϛορᾶντος καὶ ἄνευ ἐξεχνεύοντος ſine luſtrante & ſine quærente* v. 8. לא דרשו רעי את צאני *μηδόλως ἱϛορᾶσι προβατεύοντες μᾶ τὸν γόνον μᾶ*, *non luſtrant paſtores mei gregem meum*.

CAPUT V.

De *sublimiori morali usu* verbi דרש ἱστορεῖν, in *foro sacro*; & quidem primum *de idolis & oraculis quæsitis aut consultis.*

DE proprio *physico* & translato *morali* usu verbi דרש ἐστορεῖν, *quærere*, in rebus *humanis*, *privatis* & civilibus *publicis*, satis puto clara universa. Ast ejusdem verbi usus alius succedit, *moralis* quidem pariter, sed *multo sublimior*, pro *translatione* ulteriore *a foro humano ad forum divinum:* ut in sermone humano *translationes* aut applicationes vel accommodationes earundem *vocum* sunt variæ, pro diversitate objectorum; unde una figura simplicior & altera in eodem verbo sublimior & celsior; illa clarior ac intellectu facilior, ista obscurior ac comprehensu molestior, ob translationem inæqualem.

Quoniam ergo in foro civili, pro morali verbi usu, *civis honorat magistratum* & leges ejus observat, quærit in re dubia eum, & *magistratus inquirit in subditum*, uterque *verbi usus translatus est in forum cæleste* ad dei regimen inter homines. Tametsi ergo deus sit supra sortis humanæ indolem positus, spiritus, sensibus haud obvius aut comprehendendus, tributa tamen illi & illius cœlesti regimini *universa forma magistratus & regiminis in foro terrestri.* Stilus idem, in imperfectissimo sermone humano in objectis plane diversis, ut necessario tota oratio ad sublimius negotium applicandum, aliam induat vim & alium significandi modum, translatione ferme ineffabili. Ανθρωπαθείας charactere expressit rhetorica analogiam inter humanum & divinum regimen, sed figuræ vim non explicuit nec explicare fere potest, propter differentiam immanem inter res fori utriusque & modum regiminis utriusque. Ferenda imbecillitas humana in exprimendo & effigiando, sed & ferenda imperfectio judicii humani, idea rerum humanarum in terris designandi res divinas in cœlis. Eædem utrobique voces in oratione de utroque, sensu nunc humiliore, nunc sublimiore, illo distincte agnoscendo, hoc conjiciendo & velut in effigie animadvertendo. Sufficit, *moralem verborum usum* in celsa *applicatione* elucere, vim autem ac intimam significandi indolem non capi nec a sapientissimis. Ferenda in his humanæ men-

mentis caligo, utendum interim *figurata oratione* de terreno non magis ac cœlesti regimine pro qualicunque analogia. Uti ergo *magistratus* civilis a cive *quæritur*, & *magistratus* in res civium *inquirit*, ita & in foro divino in rebus cœlestibus pro omnium summi magistratus conditione, *quærunt homines deum* & *deus inquirit in homines*, pari usu verbi דרש ἱϛορεῖν, de hominibus & deo.

Gentes exteræ, idolis assuetæ, pro communi figuratæ illius orationis usu *idola sua* magna cum devotione coluerunt, sacrificiis præscriptis & legum studio, eademque *quæsiverunt*, interrogarunt, consuluerunt & illorum responsa audiverunt, more magistratus civilis, & quælibet gens ab aliquo idolo expectavit curam rerum suarum, in fascino suo, veri dei expers. *Es*. 19, 3. de cultu idololatrico ægyptiorum : דרשו אל האלילם *ἱϛορήσουσι παρὰ τοῖς εἰδώλοις, consulent idola.*

Satis nunc, illos *quærendi* & sciscitandi, interrogandi & consulendi verbum in suo *idolorum cultu* solenniter adhibuisse de *idolorum oraculis* & religioso eorum *cultu externo*. In exteros autores digredi, omnemque hanc fascini conditionem recensere animus nunc non est, nec locus capit. Nobis satis, obiter submonuisse, gentes *anthropopathias* in suo idolorum cultu observasse constanter, sensu crasso & pro superstitione pene corporali, rebus divinis incongruo. Pro hoc itaque inter gentes in suo idolorum cultu stili usu, sensu superstitioso, vanis de idolo quovis ideis & falsis, in judæorum religione mosaica *execrabile* pronunciatur דרש ἱϛορεῖν, *quærere, consulere, idolum*, utpote magistratu civili superiorem, devotione, obsequio majorem.

Huc leges Israelitarum severissimæ, *idola non esse quærenda & consulenda*, cum tota illa res sit nihili, cum idola sint nihil. Est autem *quærere idolum*, tum in genere cultum talis monstri admittere & exercere, devotione, sacrificiis, precibus, tum in specie *consilium in agendis negotiis, & fatorum eventum ex illis sciscitari.* Vtrumque *idola colendi & consulendi* negotium abominabile genti israeliticæ, quæ nollet fascinis duci & spe falli, larvis illis non circumduci ac decipi, in totis illis negotiis fucatis, futilibus & inanibus. *Idolorum oracula* mosaicæ legi *horror* ex fuci conscientia, cum nihil in illis & toto idolorum cultu esset solidi, meræ fraudis & fallaciæ portentosa progenies.

Hoc

Hoc *idolorum non quærendorum*, ſive in cultu, ſive in oraculis, *interdictum* ſeverum, judaicæ religionis medulla, univerſum codicis hebraici corpus pervadit, ut Moſes & prophetæ univerſi fulminarint in hæc populi faſcina & ludibria, Iſraëliticæ genti exitioſa. Totum corpus moſaicum grandis machina contra illam gentium *in idolis quærendis* nefandam & fraudulentam *ſuperſtitionem. Deut.* 12, 30. השמר לך פן תנקש אחריהם אחרי השמדם מפניך ופן תדרוש לאלהיהם לאמר איכה יעבדו הגוים האלה את אלהיהם ואעשה כן גם אני *προσμελέου ὕπερ σου, ἵνα μήπω ἀγχονιοθῆς παρ αὐτὰς (γονὰς) ὕστερον ἐκλμήσσεσθαι αὐτας ἐκ πρόσωπου σου, καὶ ἵνα μήπω ἱστορήσης λογία αὐτῶν, τῷ μαρτυρεῖν, καθὼς λατρεύουσιν ἁι γοναὶ τηλικαῦται τὰ λόγια αὐτῶν, πάνυ πράξω ἐκείνως ἅμα ἐγώνη, Cave tibi ne illaqueoris apud illos, poſtquam deleti fuerint e conſpectu tuo, & ne quæras numina eorum, dicendo: ſicut colunt gentes iſtæ numina ſua, omnino faciam ſic etiam ego. Deut.* 18, 11. לא ימצא בך מעביר בנו ובתו באש קוסם קסמים מעונן ומנחש ומכשף וחובר חבר ושואל אוב וידעוני ודורש אל המתים. *Μηδόλως κομιζέθω παρά σοι ἐμπρήθων παῖδα αὐτοῦ ἢ θυγατέρα αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ πυρσῷ, χρησμοδέων χρησμοὺς, ὀιωνίζων, ἢ κληδονίζων, ἢ βασκαίνων, ἢ ἐξορκίζων ἐξορκισμῷ, ἢ συμβουλευόμενος ὄμφην ἢ ἐγγαστρίμυθον, ἢ ἱστορῶν παρὰ τοῖς τεθνηκόσιν, Ne inveniatur apud te, comburens filium ſuum aut filiam ſuam igne, divinans* (præſagiens) *ſortes*; (fata,) *vel augurans, vel ominans, vel faſcinans, vel adjurans adjuratione*, (exorciſta) *vel conſulens oraculum, vel engaſtrimythum, vel interrogans mortuos.*

Æſculapius conſultus a rege Achasja ægro, Elia indignante. 2. *Reg.* 1, 2. וישלח מלאכים ויאמר אליהם לכו דרשו בבעל זבוב אלהי עקרון אם אחיה מחלי זה, *ἀπέστειλεν ἀγγέλους, καὶ ἐμαρτύρησεν πρὸς αὐτοὺς, κελευθέιετε, ἱστορεῖτε Ασκλήπιον λόγια Ακκαρῶνος, ἐι ἀνάξω ἐκ μαλακίας τοσαύτης, Miſit nuncios & dixit ad illos: ite, conſulite Æſculapium numen Accaronis, num convaleſcam ex morbo hoc.* 2. *Reg.* 1, 21. אתם הולכים לדרוש בבעל זבוב אלהי עקרון *ἀυτοὶ ὑμεῖς κελευθείετε τοῦ ἱστορεῖν Ασκληπιον λόγια Ακκαρῶνος, Vos ite conſultum Æſculapium numen Accaronis.* Laudati *reges judæorum* qui *non quæſiviſſent* aut non conſuluiſſent *idola; damnati*, qui *illa quærere* non eſſent veriti. Regis *Saulis* prævaricatio *conſuluiſſe oraculum* extraneum, 1. *Chron.* 10, 13. וימת שאול במעלו אשר מעל ביהוה

על

על דבר יהוה אשר לא שמר וגם לשאול באוב לדרוש *ἀπέθανε Σαοὺλ ἐπὶ πλημμελείᾳ αὐτοῦ, ὅσπερ ἐπλημμέλησε ἐφ' ὑπάρχοντα, ὑπὲρ πεφραδμένου ὑπάρχοντος, ὅσονπερ οὐδόλως συνετετηρήκει, ἅμα τε τῷ συναλλάττειν ὀμφῇ, τῷ ἱστορεῖν; Occubuit Saul in prævaricatione ſua, qui peccaverat in deum, pro verbo dei, quod non ſervaverat, etiam petendo oraculo, illud conſulendo.*

Rex *Joſaphat* ab idolorum *oraculis quærendis* alienus, 2. *Chr*. 17. 3. לא דרש לבעלים *οὐδόλως ἱστόρησε παρ' Ἀπόλλωσι, Non oracula quæſivit apud Apollines.* Rex *Amazia* reprehenſus a propheta, qui *oracula conſuluiſſet* gentium, 2. *Chron*. 25, 15. למה דרשת את אלהי העם אשר לא הצילו את עמם מידך *πρὸς τί μὲν ἱστόρησας τὰ λόγια τοῦ δήμου, ὅσαπερ οὐδόλως ἐξεῖλον τὸν δῆμον αὐτῶν ἐκ θέναρος σοῦ; quare conſuluiſti numina populi, quæ non eripuerunt populum ſuum e manu tua?* 2. *Chr*. 25, 20. דרשו את אלהי אדום *ἱστόρησαν τὰ λόγια ἰδουμαίας, Conſuluerunt numina idumææ.*

Idola Bethelis & Galgulidis conſulere nefas. *Amos* 3, 5. 6. כה אמר יהוה לבית ישראל דרשוני וחיו ואל תדרשו בית אל והגלגל לא תבאו ובאר שבע לא תעברו הגלגל גלה יגלה ובית אל יהיה לאון *εἶκα μαρτυρεῖ ὑπάρχων τῷ δόμῳ Ἰσραὴλ, ἱστορεῖτέ με, καὶ βιώζατε, καὶ πώμαλα ἱστορεῖτε Βεθὴλ, καὶ πρὸς Γαλγουλίδα πώμαλα φοιτᾶτε, καὶ πρὸς Βεέρσαβα οὐδόλως πορεύεσθε, ὅτι ἡ Γαλγουλὶς τῷ αἰχμαλωτίζεσθαι αἰχμαλωτισθήσεται καὶ Βεθὴλ γενήσεται εἰς πόνον, Sic dicit deus domui Iſrael, quærite me & vivite, & non quærite Bethelem, & Galgulidem non pergite, & Berſabam non proficiſcimini, quia Galgulis in exilium migrabit, & Bethel fiet ærumna.* Exprobratur Judæis Apollinis cultus falſe *Eſ*. 8, 19. דרשו אל האובות ואל הידענים המצפצפים והמהגים הלא עם אל אלהיו ידרוש בעד החיים אל המתים. *Si dixerint vobis, ἱστορεῖτε παρ' ὀμφαῖς καὶ παρ' ἐγγαστριμύθοις ἐπιστένουσι καὶ ἠχοῦσι, ἀλλ' οὐχὶ δῆμος τὰ λόγια αὐτοῦ ἱστορῆσαι, κατάπερ βιοῦντας παρὰ τεθνηκόσι; conſulite oracula & ex pelvi Apollinis loquentes, ingemiſcentes & perſtrepentes; annon populus numen ſuum conſulat; an pro vivis mortuos?*

Conſulta vero ſunt *idola* vel *in fanis* eorum & templis, *per ſacrificulos*, vel *extra illa per viros eruditos*, faſcinorum ac præſagiorum, adeoque fallendi magiſtros. Quod *utrumque deceptionis genus* a Moſe damnatum, in Juda & Iſraële, regibus idololatris,

per-

pervulgatum, fanis numerosis, & sacrificulis, oraculorum & sacrificiorum illorum ministris, magno exercitu, ut ex *Achabi historia* liquet, cum *pseudoprophetarum catervis.* In utraque illa Mosis & prophetarum fulmina, negata alterutrum *quærendi impostura.* 2. *Chron.* 18, 4. Cum ante bellum Achabi & Josaphati contra Ramot Gilead, Josaphat cuperet prius audire prophetæ dei oraculum, an bellum illud esset suscipiendum an secus, quæri talem voluit. Achab proinde *quadringentos prophetas* idololatricos accersivit, qui bellum suaderent. Josaphat inquiebat: דרוש נא כיום את דבר יהוה *ἰςόρησον ἂν σήμερον τὸ πεφραδμένον ὑπάρχοντος, Consule quæso prius verbum dei.*

Fucus idolorum & oraculorum, *in quæsitis illis*, graviter a deo judæis exprobratur, quod spes auxilii ab illis expectati sit inanis & frustranea, quod *idola non quærerent consulentium salutem*, cum nihil essent, a quibus nihil auxilii. *Jer.* 30, 14. כל מאהביך שכחוך אותך לא ידרשו *ὅλοι καὶ πάντες ἀγαπήσαντες σε ἀπέγνωσαν σε, αὐτήν σε οὐδόλως ἱςοροῦσι, Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non quærunt.*

CAPVT VI.

De *celsiori morali usu* verbi דרש ἱςορεῖν, *quærere*, *in judaico veri dei cultu*, legibus mosaicis congruo, *de quærendo deo*, contra gentium idololatriam, in quæsitis idolis.

GEntes *quærere* דרש ἱςορεῖν dictæ sua *idola*, tum inter *sacrificia* per fana, tum per *oracula* per *sacrificulos*, tum per oraculorum magistros, *vates*, quos *pseudoprophetas* dicerent religiosi judæi. Judæorum religio mosaica e diametro universæ illi superstitioni & populorum fascino opposita. Jussus igitur israël idola cum toto illo cultu fraudulento cumque fallacibus oraculis mittere, aversari ac abominari, omnique modo tollere & exstinguere. Vicissim, pro instituto puro ab omni idololatria alieno cultu mosaico, imperatum illis *quærere deum*, *quærere dei cultum*, *quærere dei leges*, *quærere unum templum*, *quærere prophetarum os*, *tanquam verbi divini interpretum.* Horum omnium repurgatorum in judaica reli-

religione momentorum ſublimium character ordinarius *quærendi*. In ſermonis humani tenuitate receptum os, in uſu verbi *quærendi*, mutari non potuit; *moralis verbi uſus* manifeſtus, ſed *omnium eminentiſſimo ſenſu*, in oppoſitione cultus inter gentes & judæos. Illi *idola* quærebant, hi *verum deum*. Quanto ergo omnibus idolis ſuperior verus deus, tanto celſior ac ſublimior quærendi verum deum ſenſus. Ex objecti diſcrimine uſus vocis diſcretus.

Sed & analogia repetenda inter magiſtratum terrenum & ſummum regimen cœleſte: *Cives quærunt magiſtratum, & magiſtratus inquirit in cives*, ita & in foro divino, judæi *quærere* juſſi *deum*, & *deus ſibi in judæos & eorum rem inquirendi jus & autoritatem vindicavit*, utrumque pro judæorum captu.

De *quærendo deo* primum, pro uſu verbi דרש ἱςορεῖν, poſtea de *poteſtate dei inquirendi in judæos*, pro pari ejusdem verbi acceptione, ad uſum fori civilis. Quærebant gentes ſua idola, jactata ſua numina, *cultu*, illis ſacro, obſervato. Quærere juſſi judæi verum deum, *cultu* præſcripto obſervando. Non quæſitus deus apud judæos ſine cultu moſaico rigide ſervato. Cultus moſaicus nuncius quæſiti *dei non idoli*, cujus contrarius inanis cultus.

Formula דרש ἱςορεῖν, *deum quærendi*, eſt deum ad moſaicas regulas colere. Uti contraria, idolum & verus deus, cultus idoli & veri dei, ita *contraria ratio*, *quærendi idolum & verum deum*, contrario cultu. Hæc *teſſera quærendi dei inter judæos*, contra gentes idola quærentes. Cultus index. *Deut.* 12, 5. כי אם אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיכם מכל שבטיכם לשום את שמו שם לשכנו תדרשו ובאת שמה *ἔιγε μὴ πρὸς χώρημα, ὅσουπερ ἀποκρινεῖ ὑπάρχων λόγια ὑμῶν, ἐξ ὅλων πατρίδων ὑμῶν τοῦ θημαθίζειν τὸ ὀνόμασμα ἀυτοῦ ἔνθα μεν γῆς, τοῦ σκηνοῦν ἀυτὸν, ἱςορεῖτε, καὶ φοίτα ὁμόσε*, *Sed de loco, quem eliget deus numen tuum ex omnibus tribubus tuis, ut ponat nomen ſuum ibi, ut habitet, quærite, & abi illuc.*

Rex *Aſa*, cum judæam reformaret ab idololatria, *deum ſolum quærere*, colere, juſſit, 2. *Chr.* 16. 2. יבואו בברית לדרוש את יהוה אלהי אבותיהם בכל לבבם ובכל נפשם וכל אשר לא ידרוש ליהוה אלהי ישראל יומת *ἔβησαν ἐις περίδοσιν, τοῦ ἱςορεῖν τὸν ὑπάρχοντα, λόγια πατέρων ἀυτῶν, ἐφ᾽ ὅλῳ σπλάγχνῳ ἀυτῶν,*

καὶ

καὶ ἐφ' ὅλῃ ψυχῇ αὐτῶν, ὅπως πηλίκοσουν ὅσπερ οὐδόλως ἱϛορήσῃ παρ' ὑπάρχοντι λογίοις ἰσραὴλ, θανατωθῇ, inivérunt fœdus, ad quærendum deum, numen patrum suorum, ex toto corde suo & tota anima sua, ut quisque, qui non quæreret deum-numen Israëlis, occideretur.

Hiskias, *deum* sollicite *quæsivit*, religionis mosaicæ amantissimus. 2.*Chron.* 31,21. בכל מעשה אשר החל בעבודת בית האלהים ובתורה ובמצוה לדרוש לאלהיו בכל לבבו עשה והצליח. *ἐφ' ὅλῳ σκευάσματι, ὅσονπερ κατέβαλεν ἐπὶ θεραπέιᾳ δόμου τῶν λογίων, καὶ ἐπὶ τῇ παραδόσει, καὶ ἐπὶ τῷ προϛάγματι, τῷ ἱϛορεῖν τα λόγια αὐτοῦ, ἐφ' ὅλου σπλάγχνου ἐσκεύασε καὶ ἐκαλλίϛευσε, in omni negotio, quod suscepit in cultu domus numinis, in lege & præcepto, consulendo numen suum, ex toto corde fecit & prosperavit.*

Rex *Josias* juvenis cœpit observare & *quærere deum*, exemplo Davidis 2.*Chr.* 34,3. הוא עודנו נער החל לדרוש לאלהי דוד אביו *αὐτὸς ἔτι ἐκεῖνος νεαρὸς, κατέβαλεν ἱϛορεῖν τὰ λόγια Δαβὶδ πατρὸς αὐτοῦ. Ille adhuc juvenis cœpit quærere numen Davidis patris sui.*

Rehabeam rex a *cultu dei alienus*, qui *non quæreret deum.* 2.*Chr.* 12,14. ויעש הרע כי לא הכין לבו לדרוש את יהוה. *ἔπραξε τὸ πονηρὸν, ὅτι οὐδόλως ἱκάνωσε σπλάγχνον αὐτοῦ πρὸς τὸ ἱϛορεῖν τὸν ὑπάρχοντα, fecit malum, quia non disposuit animum suum ad quærendum deum.*

De cultu dei neglecto דרש *ἱϛορεῖν*, *Es.* 9,12. את יהוה צבאות לא דרשו *τὸν ὑπάρχοντα σεβαϛὸν οὐδόλως ἱϛοροῦσι, deum augustum non quærunt. Zeph.* 1,6. לא בקשו את יהוה ולא דרשוהו *οὐδόλως ἐπαξιοῦσι τὸν ὑπάρχοντα, καὶ οὐδόλως ἱϛοροῦσιν αὐτὸν, non rogant deum nec quærunt eum.*

Neque vero cultus sacer externus, rigide etiam observatus, suffecit *quærendo deo*, sed & *cura legum mosaicarum omnium, inque his & civilium & moralium, quærendi deum* momentum grave & tantum non præcipuum. Cultus signum religionis ac devotionis in deum, cujus tota regiminis forma dei veri notitiam parabat, ut quærere deum *cultu* complecteretur quærere deum *legum studio.* דרש *ἱϛορεῖν*, *quærere* & scrutari *leges*, regula religionis mosaicæ.

Cura & studium præceptorum dei, דרש *ἱϛορεῖν*, *quærere. Ps.* 119, 45. פקודיך דרשתי *ἐπιτάγματα σου ἱϛορῶ, præcepta tua quæro. Ps.* 119, 10. בכל לבי דרשתיך *ἐφ' ὅλῳ σπλάγχνῳ μου ἱϛορῶ σέ, toto*

corde

corde meo quæro te. Pſ. 119, 156. חוקיך לא דרשו. *δικαιώματα σȣ ȣ̓δόλως ἰςοϱȣ̃σι, ſtatuta tua non quærunt.*

Davidis ad Salomonem adhortatio de ſervandis & *conſulendis legibus*, 1. *Chr.* 28, 8. עתה לעיני כל ישראל קהל יהוה ובאזני אלהינו שמרו ודרשו כל מצות יהוה אלהים. *Ἤδη ἔμπϱοσθεν ὅλȣ ἰσϱαὴλ, ἐκκλησίας ὑπάϱχοντος, καὶ ἐπὶ ὠσὶν λογίων ἡμῶν, συντηϱεῖτε καὶ ἰςοϱεῖτε ὅλα πϱοςάγματα ὑπάϱχοντος λογίων ὑμῶν*, *Nunc coram toto iſraël, cœtu dei; & in auribus numinis noſtri, ſervate & quærite omnia præcepta dei numinis veſtri.*

Reduces ex babylonia ſtudebant ſacra vetera reſtituere. *Eſr.* 6, 21. כל נבדל מטומאת גויי הארץ אליהם לדרוש ליהוה אלהי ישראל, *πήλικοςȣ̃ παϱαδιαςελλόμενος ἀπ᾽ ἀτιμίας γονῶν τῆς χέϱσȣ παϱ᾽ ἐκείνοις, τȣ̃ ἰςοϱεῖν τον ὑπάϱχοντα λόγια ἰσϱαὴλ, quisque ſeparatus ab impuritate gentium illius regionis apud illos, ad quærendum deum numen Iſrëlis.*

Eſræ ipſius ſtudium *legum* moſaicarum; *quærendis* illis, *Eſr.* 7, 10. עזרא הכין לבבו לדרוש את תורת יהוה ולעשות. *Ἔσϱα ἱκάνωσεν σπλάγχνον αὐτȣ̃ πϱὸς τὸ ἰςοϱεῖν τὴν παϱάδοσιν ὑπάϱχοντος καὶ πϱὸς τὸ πϱάσσειν, Eſra compoſuit animum ſuum ad quærendum legem dei & præſtandum.*

In hypocriſin *Eſ.* 58, 2. אותי יום יום ידרשון ודעת דרכי יחפצון *αὐτὸν με καθ᾽ ἡμέϱαν ἰςοϱȣ̃σι, καὶ εἴδησιν τϱίβων μȣ ἀσπάζονται, me toto die quærunt & notitiam viarum mearum diligunt*, qui curam legum ſimulent.

Neque etiam *cultus* & *legum ſtudium* abſolvit דרש. *ἰςοϱεῖν*, *quærendi dei* curam, acceſſit *precum ardor*, pro auxilio potiſſimum expetendo. Uti in civilis magiſtratus celebritate eſt civium refugium ad magiſtratum, quem colant pro autoritate, ex benevolentia in cives & potentia in juvando, ita & in foro ſupremo divino judaico, præter cultum ſacrum & legum divinarum obſervationem, *quærere deum precibus* erat conſtitutum, qui & *dei* in judaicam gentem *gratiam* agnoſcerent & *potentiæ ejus confiderent. Fiduciam in deum, non idola*, poſtulavit religio judaica, quæ dei gratiam & potentiam precibus celebraret, & *opem ac auxilium in adverſis ab illo quæreret*, ut in foro terreno apud magiſtratum civilem ſupplex civis ſalutem quærit.

Preces israelitarum, regum & populi, in adversis, pro ferendo auxilio, & liberando populo, referunt דרש ἰςορεῖν, *consulere, quærere deum*. Ps. 34, 15. דרשתי את יהוה ועננו ἰςόρησα τὸν ὑπάρχοντα καὶ ἀντεφώνησε μοι, *quæsivi deum & respondit mihi. Ps.* 74, 3. ביום צרתי יהוה דרשתי ἐφ ἡμέρᾳ ςενοχορίας μου ὑπάρχοντα ἰςόρησα, *tempore angustiæ meæ deum quæsivi. Es.* 34, 16 דרשו מעל ספר יהוה וקראו ἰςορεῖτε ἀνάπερ συγγραφῆς ὑπάρχοντα καὶ προσαγορεύετε, *Cognoscite in libro deum & invocate. Es.* 55, 6. דרשו יהוה בהמצאו קראהו בהיותו קרוב ἰςορεῖτε ὑπάρχοντα ἐπὶ τῷ κομίζεσθαι αὐτον, προσαγορεύετε αὐτὸν ἐπὶ τῷ εἶναι αὐτὸν παρεγγυς, *quærite deum dum invenitur, invocate eum, dum est prope. Amos* 5, 6. דרשו את יי' וחיו ἰςορεῖτε τὸν ὑπάρχοντα καὶ βιοῦτε, *quærite deum & vivite. Job.* 5, 8. אולם אני אדרוש אל אל ואל אלהים אשים דברתי οὐ μὲν ἀλλὰ ἐγώνη ἰςορήσω παρὰ μελεδονῷ, καὶ παρὰ λογίοις ἀναςήσω φραδεῖαν μου, *veruntamen ego quæram apud regentem, & apud numen statuam sermonem meum. Hos.* 10, 17. עת לדרוש את יהוה ἐπιτροπὴ ἰςορεῖν τὸν ὑπάρχοντα, *tempus est quærendi deum. Ps.* 105, 4. דרשו את יהוה ואת עזו, ἰςορεῖτε τὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, *quærite deum & robur ejus. Ps.* 22, 27. יהללו יהוה דורשיו κλείσωσιν ὑπάρχοντα ἰςοροῦντες αὐτὸν, *laudent deum quærentes eum. Es.* 65, 1. נדרשתי ללוא שאלו נמצאתי ללא בקשני ἰςορήθην τοῖς οἱ οὐδόλως συνήλλαξαν, ἐκομίσθην τοῖς οἱ οὐδόλως ἐξιχνεύσαν με, *quæsitus sum ab illis qui non rogarunt, inventus sum ab illis, qui non scrutati sunt me. Ps.* 10, 4. רשע כגבה אפו בל ידרוש אין אלהים כל מזמותיו ςρεβλὸς καθ' ὕψωσιν ὑπωπίου αὐτοῦ πώμαλα ἰςορεῖ, οὐθὴν λόγια ὅλαι ἐνθυμήσεις αὐτοῦ, *perversus pro exaltatione vultus sui non quærit deum; non est numen, sunt omnes cogitationes ejus.*

Porro, uti magistratus *per ministros* sua condit decreta, ita *apud gentes* moris, ut de *futuris quærerent idola*, quæ *de eventibus* dare *responsa* crederentur, per *oraculorum sacerdotes & vates*; viri essent aut feminæ oraculorum antistites, perinde. Quibus *oraculis acceptis*, quibus orbis est misere circumductus, exterorum historicorum vel & poetarum monumenta plena sunt. Neque enim *idola*, quæ pro numinibus haberentur, fari sustinebant adeoque respondere, cum nihil nisi simulacra essent, aurea, argentea, lapidea, lignea, eburnea, in quibus nihil vitæ, nec mentis, nec vocis, in quibus nullus sensus. Ministri igitur sacrorum, pro idolo-

idolorum celebritate, *responsa* ediderunt, quæ existimarent sufficere futura quærentibus, fuco tecto; unde dictionis fallaciæ, orationes ambiguæ, quæ pro fatis & eventibus ancipitibus possent qualitercunque dici impletæ. Qualium vel unum fas sit dare exemplum, *Diodoro Siculo* memorante sed & subridente, *Histor. lib.* 20. *f.* 765. Ad Pontum duo principes fratres, *Eumelus & Satyrus*, oracula de suis fatis acceperunt adeo ambigua, ut exitus risum ferret spectantibus. Πεϱὶ τῆς τῶν ἀδελφῶν τελευτῆς Εὐμήλου τε καὶ Σατύϱου παϱαδέδονται χϱησμοὶ, μικϱὸν μὲν ἠλιθιώτεϱοι πιστευόμενοι δὲ παϱὰ τοῖς ἐγχωϱίοις. Τῷ μὲν γὰϱ Σατύϱῳ λέγουσι χϱῆσαι τὸν θεὸν, φυλάξασθαι τὸν μῦν, μήποτε αὐτὸν ἀνέλῃ. διόπεϱ οὔτε δοῦλον οὔτε ἐλεύθεϱον τῶν τεταγμένων ὑφ' ἑαυτὸν εἴα τοῦτ' ἔχειν ὄνομα. ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ ταῖς ἀϱούϱαις ἐφοβεῖτο μῦς, καὶ τοῖς παισὶν ἀεὶ συνέταττε τούτους ἀποκτείνειν, καὶ τὰς κοίτας ἐμπλάττειν. Πάντα δὲ ἐνδεχομένως αὐτοῦ ποιοῦντος, ὥστε ᾤετο καλισχύσειν τὸ πεπϱωμένον, κατέστϱεψε τὸν βίον πληγεὶς τοῦ βϱαχίονος εἰς τὸν μῦν. Τῷ δὲ Εὐμήλῳ χϱησμὸς ἦν, τὴν φεϱομένην οἰκίαν φυλάξασθαι. ὅθεν πάλιν οὗτος εἰς οἰκίαν οὐκ εἰσῄει πϱοχείϱως, μὴ πϱοδιεϱευνησάντων τῶν παίδων τὴν ὀϱοφὴν καὶ τὰ θεμέλια. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ διὰ τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθϱίππου σκηνὴν, ἕκαστος ὑπελάμβανε τετελέσθαι τὸν χϱησμόν. *De Eumeli & Satyri fratrum exitu oracula paulo vaniora quidem, quæ fide tamem incolæ dignantur, memoriæ sunt prodita. Satyro enim respondisse ferunt deum, ut a musculo sibi caveret, ne quando mortem ipsi afferret. Ideoque neque servum neque ingenuum quenquam inter subditos id nominis habere passus est. Domesticos præterea & rurales formidabat mures, puerisque assidue, ut & necarent illos, & cavernas oblinerent, imperabat. Tandem cum omnia quam fieri potuit maxime fecisset, quibus fatum se exsuperaturum confidebat, vulnere tamen in brachii musculum accepto vitam terminavit. Eumelo autem oraculum erat redditum, ut domum portatilem vitaret. Quare nec iste domum temere intrabat, nisi famuli prius & tectum & fundamentum probe scrutarentur. Ast postquam tentorium, quod curru gestabatur, mortis illi causam præbuisse visum est, unusquisque impletam esse oraculi fidem existimabat.* Portatilis vero istius ex oraculo domus lapsus a *Diodoro l. c.* distincte est descriptus. Εὔμηλος ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἐπανιὼν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ σπεύδων πϱός τινα θυσίαν, ἤλαυνε μὲν ἐπί τινος τεθϱίππου πϱὸς τὰ βασίλεια. Τοῦ δὲ ἅϱματος ὄντος τετϱακύκλου καὶ σκηνὴν ἔχοντος, συνέβη,

τοὺς

τοὺς ἵππους διαταραχθέντας ἐξενεγκεῖν αὐτόν. Τοῦ γὰρ Ἡνιόχου μὴ δυναμένου κρατῆσαι τῶν ἡνιῶν, φοβηθεὶς, μὴ κατενεχθῇ πρὸς τὰς φάραγγας, ἐπεχείρησεν ἀφάλλεσθαι. Ἐμπλακέντος δὲ τοῦ ξίφους εἰς τὸν τροχὸν, συνεφειλκύσθη τῇ φορᾷ καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησε. *Eumelus ex Scythia domum revertens ad ſacrificium quoddam properat, quadrijugoque curru, qui quatuor rotis inſtructus & tentorio contectus erat, ad regiam contendit. Equi conſternati violenter eum abripiunt. Nam cum habenis contrahendis auriga non ſufficeret, metuens ille ne in prærupta loca deferretur deſilire conatur, ſed gladio rota implicito, eodem ſimul impetu abſtrahitur & illico exanimatur.*

Talia *futurorum præſagia* captare non privatorum erat, ſed magnatum, regum & principum, qui magnorum ſuorum negotiorum facta & eventus aucuparentur cupiebantque prænoſſe. Neque ſine magnis muneribus redimi ordinarie poterant oracula, per reges & duces ab idolis quæſita. Cum orbis non acquieſcat rebus præſentibus, ſed futuris cognoſcendis ſic immineat, ut omnis generis omina & auguria captet, & vel ex ſomniis, totus orbis repletus quondam erat *præſagiorum artificibus*, varii generis ominatoribus, faſcinatoribus ac deceptoribus. Neque vero magnatibus prudentia & experientia viſa ſufficere, pro fatis futuris conjiciendis ac colligendis, qui *oraculorum ambiguitate falli ſe paſſi ſunt.* Quæ communis olim orbis miſeria *ex futurorum præcognitione captata*, inter continuas oraculorum & præſagiorum auguriorumque impoſturas.

His *univerſis technis obviam ivit lex moſaica*; omnibus illis malis artibus populo ſuo interdictis, utpote fraudum theatris. Ne vero deeſſet regibus & magnatibus omnis præcluſa ad *eventuum in magnis negotiis præſcientiam*, datum erat *pontifici judæorum maximo* hoc muneris per Moſen, qui juxta leges reipublicæ fundamentales fata gentis æſtimaret, dijudicaret, ac petentibus ſummatibus *reſponſa daret*, divino lumine inſtructus, ſuadendo aut diſſuadendo conſilia, eventuum principia. Quare in pectore trabeæ *pontificis* pro memoria in lamella aurea ſcriptum erat אורים ותמים. ἱερὰ καὶ θέμιδες, *ſacra & leges*, qui *juxta illam normam reſponſa quærentibus ſummatibus daret.* Quod autem ſeculorum lapſu pontifices ſæpe vix juvenes, aliique rerum non ſatis periti, imo impii exiſterent,

rent, datum fuit divina providentia remedium ex *prophetis* suscitatis, qui defectum pontificum resarcirent, purioris doctrinæ professione publica & fatorum gentis suæ interpretatione vel denunciatione, & apud quærentes reges declaratione. Quomodo *prophetæ veri oppositi omnibus gentium vatibus*, cujuscunque ordinis ac generis.

Rebecca gravida, gemellos augurata, *consuluisse deum* fertur apud *prophetam* aliquem, illius ævi, *oraculum divinum quærens. Gen.* 25, 22. ותלך לדרוש יהוה, *ἐκελεύθεισε ἱϛορεῖν τὸν ὑπάρχοντα*, *ivit*, *consultura*, quæsitura, *deum*.

Saul, *non deum consulens*, & responsum per pontificem aut prophetam quærens, *sed apud idola*, regnum perdidit. 1. *Chr.* 10, 14. לא דרש ביהוה וימיתהו *μηδόλως ἱϛόρησε παρ' ὑπάρχοντι, διότι ἐθανάτωσεν αὐτὸν*, *non consuluit deum*, per pontificem aut prophetam, *ideo occidit eum*.

Josaphat cultui mosaico soli deditus *responsa a vero deo quæsivit*, 2. *Chr.* 17, 4. לאלהי אביו דרש, *τὰ λόγια πατρὸς αὐτȣ̃ ἱϛόρησεν*, *numen patris sui quæsivit*; & 2. *Chr.* 22, 9. דרש את יהוה בכל לבבו *ἱϛόρησε τὸν ὑπάρχοντα ἐφ' ὅλῳ σπλάγχνῳ αὐτȣ̃*, *quæsivit deum toto pectore suo*.

Josias hoc egit. 2. *Reg.* 22, 13. לכו דרשו את יהוה בעדי ובעד העםם ובעד כל יהודה על דברי הספר הנמצא הזה, *κελευθείετε, ἱϛορεῖτε τὸν ὑπάρχοντα κατάπερ ἐμέ, καὶ κατάπερ τὸν δῆμον, καὶ κατάπερ ὅλην τὴν ἰȣδαίαν, περὶ πεφραδμένα τῆς συγγραφῆς τῆς κομιϑείσης τοσαύτης*, *ite*, *consulite deum*, *pro me*, *pro populo*, *& pro tota judæa*, *de verbis libri hujus* (Deuteronomii) *inventi*. Cum solenni legatione consuluissent *Chuldam*, hæc respondit, 2. *Chr.* 34, 26. *Dicite regi* השולח אתכם לדרש את יהוה *τῷ ἀποϛείλαντι αὐτȣ̀ς ὑμᾶς τȣ̃ ἱϛορεῖν τὸν ὑπάρχοντα*, *illi*, regi, *qui misit vos ad consulendum deum*; *tua devotio te servabit*.

Ante bellum Achabi & Josaphati contra Ramot in Gilead, *consulti prophetæ*, ut *idolorum* ita & *dei*. Josaphat ad Achabum 2. *Chr.* 18, 4. דרוש נא כיוםם את דבר יי *ἱϛόρησον ἂν σήμερον τὸ πεφραδμένον ὑπάρχοντος*, *quære quæso hodie verbum dei*. In quo colloquio Achabi & Josaphati regum hic illum rogabat, indicaret post sacrificium *prophetam*, quem consuleret *nomine dei*, 1. *Reg.* 22, 7.

האין פה נביא ליהוה עוד ונדרשה מאותו εἰ ȣ̓θὴν ἐφ' ὧδε προφήτης ὑπάρχοντος ἔτι, ὅπως ἱςορήσωμεν ἀπ' αὐτȣ̃, *Annon eſt hic propheta dei amplius, ex quo quæramus?* Cui reſpondit Achab *v.* 8. exiſtere ſed non placere: עוד איש אחד לדרוש את יהוה מאתו ואני שנאתיו ἔτι ἄρσην τȣ̃ ἱςορεῖν τὸν ὑπάρχοντα ἐν αὐτῷ, αὐτὰρ ἐγώνη δοσμενάινω αὐτόν, *adhuc adeſt vir aliquis ad quærendum deum in illo, ſed odi illum.*

Elias loco Æſculapii Accaronitici commendavit *deum* regi Iſraelis Achasjæ, *pro conſulendo illo* in morbo filii, 2. *Reg.* 1, 16. המבלי אין אלהים בישראל לדרוש בדברו εἰ μὴ ἁπλῶς ȣ̓θὴν λόγια ἐπ' Ἰσραὴλ, τȣ̃ ἱςορεῖν περὶ πεφραδμένȣ αὐτȣ̃, *num plane non eſt numen iſraelis ad conſulendum illum de verbo ejus?*

Conſulere deum *per prophetas* ſolenne, etiam ſub captivitate babylonica. *Ezech.* 20, 1. *Venerunt ſeniores Iſraelis ad Ezechielem,* לדרש את יהוה וישבו לפני, τȣ̃ ἱςορεῖν τὸν ὑπάρχοντα, καὶ ἐκάθισαν ἔμπροσθεν ἐμȣ̃, *conſulendi deum animo, & conſederunt apud me.*

Et reges iſraëlitarum idololatræ *prophetas conſulebant veri dei pro oraculis.* 1. *Reg.* 14, 5. Jeroboami uxor inviſit *prophetam* Achiam, verum deum per illum conſultura. אשת ירבעם באה לדרוש דבר מעמך על בנה כי חולה הוא ἐυνάςρια τȣ̃ Ἱερόβοαμ προσβαίνει τȣ̃ ἱςορεῖν πεφραδμένον ἐκ τῶν ἀμφί σε, ὑπὲρ παιδὸς αὐτῆς, ὅτι μαλακιᾷ αὐτός, *uxor Jeroboami venit, quæſitura verbum ex te, de filio ſuo, quia æger eſt.*

Et iſraelitæ ipſi, in publicis periculis, malo animo, certe in ſua ſuperſtitione, *conſulere* ſueti *prophetas* nomine dei. *Ez.* 14, 3. האנשים האלה העלו גלוליהם על לבם ומכשל עונם נתנו נכח פניהם האדרש אדרש להם οἱ ἄρσενες τηλικȣ̃τοι ἔςειλον ἀνδρείκελα αὐτῶν πρὸς σπλάγχνον αὐτῶν, καὶ σκάνδαλον ἀποτροπῆς αὐτῶν ἔθηκαν ἄντικρυ προσώπȣ αὐτῶν, εἰ ἱςορȣ́μενος ἱςορησοίμην παρ' αὐτῶν, *Homines illi ſtatuerunt imagines ſuas in animo ſuo, & ſcandalum delicti ſui coram facie ſua, num quærendus quærar ab illis?* v. 10. ונשאו עונם כעון הדורש כעון הנביא יהיה, βαςάσȣσι ἀποτροπὴν αὐτῶν, καθότι ἀποτροπὴ ἱςορȣ̃ντος, ἐκείνως ἀποτροπὴ τȣ̃ προφήτȣ ἔςαι, *portabunt iniquitatem ſuam; qualis iniquitas quærentis, talis & iniquitas prophetæ* falſi, nomine dei reſpondentis ad nutum quærentium. *Ez.* 14, 7. Judæi idololatræ, *deum quæſituri per prophetam,* deo inviſi: איש איש מבית ישראל ומהגר אשר יגור בישראל וינזר מאחרי ויעל גלוליו

אל לבו ומכשול עונו ישים נכח פניו ובא אל הנביא לדרוש לו בי אני יהוה נענה לו בי. εἱς ἕκαςος ἐκ δόμȣ Ἰσϱαὴλ, καὶ ἐκ παϱοίκȣ, ὅσπεϱ παϱοικήσοι ἐπ' ἰσϱαὴλ, καὶ ἀνεςϱάφῃ μὴ εἶναι παϱ' ἐμοὶ, καὶ ἔςειλε ἀνδϱείκελα αὐτȣ̃ πϱὸς σπλάγχνον αὐτȣ̃, καὶ σκάνδαλον ἀποτϱοπῆς αὐτȣ̃ ἐθηματισε κατέναντι πϱοσώπȣ αὐτȣ̃, καὶ βαίνει πϱὸς πϱοφήτην τȣ̃ ἱςοϱεῖν παϱ' αὐτῷ πεϱὶ ἐμȣ̃, ἐγώνη ὑπάϱχων ἀντιφωνήσω αὐτῷ πεϱὶ ἐμȣ̃, *quisque, ex domo Iſrael, & ex hoſpite, qui diverterit ad iſraelem, & averterit ſe a me, & conſtituerit imagines in animo ſuo, & offendiculum delicti ſui ante faciem ſuam, & venerit ad prophetam, quæſitum apud illum de me, ego deus reſpondebo illi de me.* (in ira)

Rex *Zedekia* miſit ad *Jeremiam* pro conſulendo deo in obſidione Nebucadnezaris. *Jer.* 21, 2. דרש נא בעדנו את יהוה ἱςόϱησον νῦν κατάπεϱ ἡμᾶς τὸν ὑπάϱχοντα, *quære nunc pro nobis deum.* Ez. 20, 3. הלדרש אותי אתם באים חי אני אם אדרש לכם נאם אדני יהוה, εἰ πϱὸς τὸ ἱςοϱεῖν αὐτὸν ἐμὲ ὑμεῖς πϱοσβαίνετε; βιῶ ἐγώνη, μὴ ἱςοϱήσομαι πεϱὶ ὑμῶν, ὑπόμνηνα δυνάςȣ ὑπάϱχοντος, *num ad conſulendum me ad me veniſtis? Vivo ego, non conſular de vobis, dicit dominus deus. Jer.* 37, 7. השולח אתכם אלי לדרשני ὁ ἀποςείλας ὑμᾶς πϱὸς με, τȣ̃ ἱςοϱεῖν ἐμὲ, *rex qui miſit vos ad me, quæſitum me.*

Aſa rex judæorum æger non quæſivit deum, ſed medicos, 2. *Chr.* 16, 12. גם בחליו לא דרש את יהוה כי ברפאים ἅμα ἐπὶ μαλακίᾳ αὐτȣ̃ ȣ̓δόλως ἱςόϱησε τὸν ὑπάϱχοντα εἴγε μὴ θεϱαπεύοντας, *etiam in morbo ſuo non conſuluit deum* per prophetam, *ſed medicos*, puta idolorum miniſtros, ſacrificulos, qui medicinam nomine idoli profiterentur, ut erat Æſculapius Accaronitarum.

Uti *iſraelitæ idola conſulebant gentium*, pro oraculis accipiendis, ita & *gentes apud deum iſraëlis verum, per prophetas* דרשו ἱςόϱησαν, *quærebant reſponſa.* Cum *Eliſa* veniſſet Damaſcum, rex Benhadad æger, miſit Chaſaelem ad Eliſam, *conſultum verum deum per Eliſam*, num morbum ſuperaturus eſſet? 2. *Reg.* 8, 8. לך לקראת איש האלהים ודרשת את יהוה מאותו κελεύθεις κατ' ἄντικϱυ ἄϱσενος τῶν λογίων, καὶ ἱςόϱησον τὸν ὑπάϱχοντα ἐν αὐτῷ, *i obviam viro numinis, & conſule deum in illo.*

Quemadmodum in civili magiſtratu officii eſt *exaudire preces ſubditorum* & *opem ferre petentibus*, ac vindicare lædentes, *inquirendo in hoſtes*, ita etiam ſupremo judici deo datum, qui pariter

petentes audiat, petentibus opem ferat, & in hoſtes inquirat eosque arceat. Quomodo verbum דרש ἱϛορεῖν, huic dei ſupremi magiſtratus negotio ſancte eſt vindicatum. *Pſ.* 9, 11. לא עזבת דרשיך *οὐδόλως ἀποτάσσεις ἱϛοροῦντας σε, non deſeris quærentes te.*

Dei judicis ſupremi *implere preces opem quærentis* ſincero animo, *Deut.* 4, 20. ובקשת משם את יהוה אלהיך ומצאת כי תדרשנו בכל לבבך ובכל נפשך: *ὁπότε ἐξιχνεύεις ἐξομόθεν τὸν ὑπάρχοντα λόγια σου, πάνυ κομίσεις, ὅτε ἱϛορήσεις ἐκεῖνον ἐφ᾽ ὅλῳ σπλάγχνῳ σου, καὶ ἐφ᾽ ὅλῃ ψυχῇ σου, quando perveſtigabis exinde deum numen tuum, omnino invenies, quando quæſiveris eum ex toto corde & ex tota anima tua. Thren.* 3, 25. טוב יהוה לקוו לנפש תדרשנו *ἀγαθὸς ὑπάρχων τοῖς προσδοκῶσιν αὐτὸν, τῇ ψυχῇ ἣ ἱϛορεῖ ἐκεῖνον, bonus eſt deus illis qui confidunt ei, animæ illi quæ quærit eum.*

Ex illo ſtudio legis proſperitas *Pſ.* 34, 11. כפירים רשו ורעבו ודורשי יהוה לא יחסרו כל טוב *καταφρονοῦντες ἀῤῥωστήσουσι καὶ ἀπορήσουσι, αὐτὰρ ἱϛοροῦντες ὑπάρχοντα οὐδόλως ὑϛερήσουσι πηλίκῳ ἀγαθῷ, abnegantes infirmabuntur & egebunt, ſed quærentes deum non deſtituentur ullo bono.*

Hieroſolyma reſtituenda, *Eſ.* 62, 12. קראו להם עם הקודש גאולי יהוה ולך יקרא דרושה עיר לא נעזבה *προσαγορεύσουσιν ἐκείνους δῆμον τῆς ἁγιϛείας, ἐκλυτρωθέντας ὑπάρχοντος, καὶ περὶ σοῦ προσαγορευθήσεται ἱϛορουμένη, ἐμπόριον οὐδόλως ἀποτασσόμενον, appellabunt illos populum religioſum, liberatos dei, & de te* (Hieroſolyma) *dicetur quæſita, urbs non derelicta.*

Quod deus curam gerat ſui populi & *diſpiciat* de illius ſtatu, periculis, damnis, liberatione, דרש ἱϛορεῖν, *Ez.* 34, 10. 11. ודרשתי את צאני מידם *ἱϛορήσω τὸν γόνον μου τὸν ἐν θέναρι αὐτῶν, luſtrabo gregem meum, qui in manu eorum. Ez.* 33, 6. והצופה כי יראה את החרב באה לא תקע בשופר והעם לא נזהר ותבא חרב ותקח מהם נפש הוא בעונו נלקח ודמו מיד הצופה אדרש *ὁ σκοπευς ὅταν ὁρᾷ τὴν ἄρπην προσβαίνουσαν, οὐδόλως δὲ κατηχεῖ ἐπὶ καλαύρωπι, καὶ ὁ δῆμος μηδόλως περιμιμνήσκεται, ἐπὰν προσβῇ ἄρπη καὶ καταλάβῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ ψυχὴν, αὐτὸς ἐπ᾽ ἀποτροπῇ αὐτοῦ καταλαμβάνεται, αὐτὰρ αἷμα αὐτοῦ μετὰ σκοποῦντος ἱϛορήσω, inſpector, quando videt enſem venire, nec inflat lituum, nec populus monetur; ſi veniat enſis & tollat ab eo vitam, ille quidem ob ſuam iniquitatem tollitur, ſed ſanguinem ejus apud inſpecto-*

ſpecto-

spectorem pervestigabo, heimsuchen. *Gen.* 42, 22. וגם דמו הנה נדרש *ἅματε αἷμα αὐτȣ̃ ἰςοϱεῖται*, *etiam sanguis ejus requiritur*, heimgesucht. Deus vindex cædis. *Ps.* 9, 13. דורש דמים אותם זכר לא שכח צעקת ענוים. *ἰςοϱεῖ ἅιματα, αὐτὰ γνωϱίζει, ȣ̓δόλως ἀπογινώσκει κϱάξιν ταπεινῶν*, *lustrat cædes, illarum memor, nec rejicit clamorem humilium.* *Deut.* 23, 7. לא תדרוש שלומם וטובותם כל ימיך לעולם *ȣ̓δόλως ἰςόϱησον γαληνισμὸν αὐτῶν καὶ εὐγήθησον αὐτῶν ὅλαις ἡμέϱαις σȣ εἰς ἡλικίαν*, *non quære pacem eorum & bonum eorum, omnibus diebus tuis in seculum.* *Job.* 10, 6. תבקש לעוני ולחטאתי תדרוש *ἐξιχνεύεις ἀποτϱοπήν μȣ, καὶ ἀδικίαν μȣ ἰςοϱεῖς*; *perquiris delictum meum & iniquitatem meam perscrutaris.*

Pro analogia fori humani & *de judicio divino* in factis humanis velut in foro *cognoscendis ac dijudicandis* verbum דרש *ἰςοϱεῖν*, *inquirere*, clarum, *Deut.* 11, 12. ארץ אשר יהוה אלהיך דרש אותה *χέϱσος, ὅσηνπεϱ ὑπάϱχων λόγια σȣ ἰςοϱεῖ αὐτὴν*, *terra*, Palæstina, *quam deus numen tuum cognoscit*, lustrat, ad beneficia per totum annum impertienda, pro gratia & benefactorum præmiis. 1. *Chron.* 28, 9. David ad Salomonem perorans pro integritate religionis servanda, citra idololatriæ contagium, rationem dat ex severo *dei judicio, pervestigantis negotia & consilia.* כל לבבות דורש יהוה וכל יצר מחשבות מבין אם תדרשנו ימצא לך ואם תעזבנו יזניחך לעד *ὅλα καὶ πάντα σπλάγχνα ἰςοϱεῖ ὑπάϱχων, καὶ ὅλην ἐϱγασίαν ἐπιλογισμῶν ἐπινοεῖ, ἐαν ἰςοϱήσῃς ἐκεῖνον, κομισθήσεται σοι, ἐὰν δὲ ἀποτάξῃς ἐκεῖνον, ἀποσυνάξει σε εἰς ἄιδιον*, *omnia corda lustrat deus, & omne molimen consiliorum pernovit, quod si quæsiveris illum, invenietur a te, si vero deserueris eum, dispellet te in perpetuum.* *Ez.* 20, 40. בהר קדשי בהר מרום ישראל נאם אדני יהוה שם יעבדני כל בית ישראל כלה בארץ ושם ארצם ושם אדרוש את תרומותיכם ואת ראשית משאותיכם בכל קדשיכם: *ἐπ᾽ ὄϱει ἁγιςείας μȣ, ἐπ᾽ ὄϱει μετεόϱȣ ἰσϱαὴλ, ὑπόμνημα δυνάςȣ ὑπάϱχοντος, ἔνθα μὲν γῆς θεϱαπεύσȣσι με ὅλος δόμος ἰσϱαὴλ, ὅλος αὐτὸς ἐπι τῇ χέϱσῳ, ἔνθα μὲν γῆς ςέϱξω ἐκείνȣς, καὶ ἔνθα μὲν γῆς ἰςοϱήσω ἀφαιϱήματα ὑμων καὶ τὸ ἄϱιςον ξένιον ὑμῶν ἐφ᾽ ὅλαις ἁγιςείας ὑμῶν*, *in loco sacri cultus mei, in monte celso israelis, ait dominus deus, ibi colet me tota domus israelis, tota illa, in terra ista, & ibi quæram sepa-*

rata vestra & præstantissima munera vestra, in omnibus rebus sacris vestris.

Deut. 23, 22. כי תדור נדר ליהוה אלהיך לא תאחר לשלמו כי דרוש ידרשנו יהוה אלהיך מעמך יהוה בך חטא. ἡνίκα ἀντιδωρεῖς ἀντίδωρόν τῷ ὑπάρχοντι λογίοις σου, μηδόλως χρόνιζε συμπληρῶν αὐτὸ, ὅτι ἱστορῶν ἱστορήσει ὑπάρχων λόγια σου μετα σοῦ, καὶ ἔσται ἐπι σοι ἀδικία, *quando votum voves deo numini tuo, non differ implere illud quia scrutando scrutabitur deus numen tuum apud te, & erit in te peccatum.*

Ps. 10, 13. אמר רשע בלבו לא תדרש μαρτυρεῖ στρεβλὸς ἐπὶ σπλάγχνῳ αὐτοῦ, ὅτι οὐδόλως ἱστορήσοις, *dicit improbus in animo suo, quod non scruteris.*

Ps. 10, 15. שבר זרוע רשע ורע תדרוש רשעו בל תמצא σύντριψον τράχηλον στρεβλοῦ καὶ πονηροῦ, ἱστόρησον στρεβλότητα αὐτοῦ, ἵνα πώμαλα κομίσῃς, *confringe brachium perversi, & quod ad malum, scrutare improbitatem ejus, ut non reperias.*

De *cognitione* fori divini in cædibus, *Gen.* 9, 5. אך את דמכם לנפשותיכם אדרוש מיד כל חיה אדרשנו ומיד האדם מיד איש אחיו אדרוש את נפש האדם. Ἄγα, τὸ αἷμα ὑμῶν ὑπερ ψυχῶν ὑμῶν ἱστορήσω, μεθ' ὅλου κνωδάλου ἱστορήσω ἐκεῖνο. Καὶ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, μεθ' ἑκάστου κασιγνήτου αὐτοῦ, ἱστορήσω τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου, *imprimis sanguinem vestrum, pro vita vestra scrutabor* heimsuchen/ *apud quamvis bestiam scrutabor illam, apud hominem, apud cujusvis fratrem, scrutabor vitam hominum.*

Vindicta divina *more judicum* de inobedientia erga prophetas. *Deut.* 18, 19. והיה האיש אשר לא ישמע אל דברי אשר ידבר בשמי אנכי אדרש מעמו. Ἂυ εἶεν, ὁ ἄρσην ὅσπερ οὐδόλως προσλήψεται πεφραδμένα μου, ὅσαπερ φράσει ἐπ' ὀνομάσματος μου, ἐγώνη ἱστορήσω μετα τῶν ἀμφὶ αὐτὸν, *at vero, vir, qui non admiserit verba mea, quæ dicet nomine meo, ego scrutabor apud illum,* an ihm heimsuchen.
Opera dei scrutanda ac pervestiganda, Ps. 111, 2. גדולים מעשי יהוה דרושים לכל חפציהם μεγάλα σκευάσματα ὑπάρχοντος, ἱστορηθέντα καθ' ὅλα ἀσπάσματα αὐτῶν, *magna opera dei, spectata quoad omnia oblectamenta eorum.*

CAP.

CAPVT VII.

De מִדְרָשׁ ἱςωρία, *historia*, commentario historico, veteri inter judæos ævo scribi solito.

CVm primitus inter omnes gentes, res gentium, regum & urbium, scriberentur ligata oratione, tandem, seris seculis soluta etiam publice scribi contigit, in quibus Herodotus græcus a captivitate babylonica superest fere primus. Idem receptum inter judæos, qui scripserunt *regum judaicorum* מִדְרָשִׁים ἱςορίας, *historias*. Romani appellavere etiam *commentarios*, quos nostri in versione vocis מִדְרָשׁ imitati, non incommode & latine; sunt autem reapse *historiæ*, cum verbum ἱςορεῖν sit etiam *res gestas commemorare ac describere*.

In posterioribus codicis hebraici libris, quos *chronicorum* dicimus, obvia hæc *commentarii historici* nota, מִדְרָשׁ ἱςορία. 2.Chron. 13, 22. יתר דברי אביה ודרכיו ודבריו כתובים במדרש הנביא עדו *ὕςερον πραγμάτων τοῦ Αβία καὶ τρίβοι αὐτοῦ καὶ πεφραδμένα αὐτοῦ καταγραφθένlα ἐφ᾽ ἱςορία προφήτου Ἰδδω*, *reliqua negotia Abiæ, instituta ejus & verba ejus, sunt conscripta in historia prophetæ iddo.* 2. Chr. 24, 27. Facta Joasi regis. כתובים על מדרש ספר המלכים. *καταγραφθέντα παρ᾽ ἱςορίαν συγγραφῆς τῶν ἀρχόνlων*, *sunt scripta in historia libri regum.*

In vetustioribus judæorum commentariis sacris alio breviori sono vox מִדְרָשׁ effertur יָשָׁר quod est ἱςορία, *historia*. Josuæ 10, 13. historia Josuæ victoris, ab obsidione Gibeonis per hostes, cantata quondam a vetustis poëtis, הלא היא כתובה על ספר הישר *ἀλλ᾽ οὐχὶ αὐτὸ καταγραφθὲν παρὰ συγγραφῆς τῆς ἱςορίας*, *annon illud est scriptum in libro historiæ.* 2. Sam. 1, 18. De Davidis in Saulem & Jonathanem carmine funebri קִינָה ἐναγισμῷ, *parentatione:* הנה כתובה על ספר הישר *ἠνὶ καταγραφθεὶς παρὰ συγγραφῆς τῆς ἱςορίας*, *scripta est in libro historiæ.*

CAPVT VIII.

Et Rabbinis דְרִישָׁה est ἱςορία, *inquisitio*, negotio fori.

JVdicum negotium in causas controversas *inquirendi* Rabbinis audit דְרִישָׁה, quod est ἱςορία, *inquisitio*, *percontatio*. Vti דָרַשׁ

&

& חָקַר ἱϛορεῖν & ἀκριβάζειν, *curate pervestigare*, velut synonyma jungi in sacris constat, ita & Rabbinis דְּרִישָׁה & חֲקִירָה sociantur, ἱϛορία & ἀκριβασμὸς, *inquisitio & perscrutatio*. Velut cum in *Sanhedrin* celebri sententia *cap*. 4. pronunciatur: אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות בדרישה ובחקירה τὸ αὐτὸ ἰθύναι θημωνιῶν, καὶ τὸ αὐτὸ ἰθύναι ψυχῶν, ἐφ' ἱϛορίᾳ καὶ ἐπ' ἀκριβασμῷ, *idem modus in causis pecuniariis & causis capitalibus, quoad inquisitionem ac perscrutationem*; inquirendi modus in utrisque per testes idem. Et autem ἱϛορία non solum *historia* & rerum gestarum recensio ac descriptio sed & *percontatio* ac *inquisitio*, testibus lexicographis præstantioribus, unde loca repetere merito supersedemus brevitatis studio.

CAPUT IX.

Alio scholæ judaicæ usu veteri est doctoribus priscis דָּרַשׁ φροντίζειν, *cogitare*, *commentari*, *meditari*, *disserere*, מִדְרָשׁ φρόντισμα, *commentatio*.

POstquam a captivitate babylonica judæis studia literarum cœpere sapere aliquo modo, ut ad meditandum ac scribendum atque commentandum se accingerent, ab exteris exemplo sumto, imitari exteros sueti, placuere illis *orationes solennes in scholis*, *synagogis & academiis* illorum, more exterorum philosophorum, græcorum præsertim, in Asia celebrium. Quod *eruditum perorandi* ac publice pro concione dicendi *studium* illis audiit דָּרַשׁ novo sensu, pro dicendi negotio, φροντίζειν.

Imprimis refertur hoc orandi genus in *scripturæ explicationem*, quam in academiis & collegiis suis instituerent, cum de aliis rebus studiisque naturalibus, historicis, mathematicis dicere locus non ferret, nec mores publici inter illos admitterent. *Commentari* proinde oretenus vel scripto *in Mosen & Prophetas*, orationibus moralibus & pro levi illorum peritia exegeticis, est illis דָּרַשׁ φροντίζειν. דרשו רבותנו φροντίζουσι πρεσβύτεροι ἡμῶν, differunt, *explicant seniores nostri*. Judæi Germani informant os suum dicendo Darschen/ quod est a דָּרַשׁ φροντίζειν, *meditari*. דְּרָשָׁה φρόντισμα, *cogitatio*, *commentatio*, *sermo publicus*, *concio*, oratio ad populum; illis eine Drasche/ & diminutivum eine Dråschle *oratiuncula*. דַּרְשָׁן φροντιϛὴς *commentator*, *orator*, *interpres*, vivo aut scripto sermone.

בֵּית

בֵּית מִדְרָשׁ *δόμος* aut *τόπος Φροντίσματος*, *domus* aut *locus meditandi, disserendi, explicandi, Φροντιστήριον, ſchola, collegium.* Targum in *Pſ.* 84, 8. אזלין צדיקיא מן בית מקדשא לבית מדרשא *ἐξαλλάττουσι δίκαιοι ἐκ δόμου τῆς ἁγιστείας εἰς δόμον τοῦ Φροντίσματος, eunt juſti ex templo in ſcholam. Pirke avot c. 5. hal.* 14. ארבע מדות בהולכי בית המדרש, הולך ואינו עושה שכר דרך בידו, עושה ואינו הולך שכר עשייה בידו, הולך ועושה חסיד, הולך ואינו עושה רשע: *τέσσαρα μέτρα ἐπὶ κελευθείουσιν εἰς δόμον Φροντίσματος. κελευθείων καὶ οὐθὴν πράσσων, χρήσιμον κελευθείας κατάπερ αὐτόν. πράσσων καὶ οὐδόλως κελευθείων, χρήσιμον πράξιος κατάπερ αὐτόν. κελευθείων καὶ πράσσων, ὅσιος. οὐθὴν κελευθείων καὶ οὐθὴν πράσσων, στρεβλός, Quatuor ordines euntium in auditorium: iens nec faciens, merces viæ penes illum: faciens & non iens, merces facti penes illum: iens & faciens, pius: non iens nec faciens, impius eſt.*

Quandoquidem porro *judæorum*, doctorumve judaicorum *veterum commentarii in ſcripturam, in ſenſum literalem* vel hiſtoricum indicandum ac recenſendum *perparum* ſunt intenti, & maxima ex parte quibuscunque aut qualibuscunque conſtant *applicationibus, moralibus & juridicis, pro foro judaico illuſtrando*, hinc pro orientis genio univerſa pene *in ſymbola, allegorias & alluſiones converterunt, parabolis uſi tantum non continuis.* Quia *doctorum judaicorum* a reditu ex babylonia *literæ admodum fuere tenues, qui nec hiſtoriæ nec geographiæ conſcii*, nec naturalis aut moralis philoſophiæ multo minus matheſeos eſſent periti, ad ſenſum vetuſtorum illorum avitorum monumentorum cognoſcendum ac recenſendum, adeoque *ad dignam commentationem fuerunt ineptiſſimi.* Acceſſit *odium rerum exterarum*, diſciplinarum peregrinarum fuga, artium & ſcientiarum externarum contemtus. Unde pro foro ſuo & choro unice ſolliciti, de reliquo barbari & indocti. Unde nihil apud illos per tot ſecula in fontes hebraicos avitos commentarii, donec *Maccabæorum ævum* gentem aliqua ex parte transformaret. Tyrannis Antiochi Epiphanis, ruditatis judæorum pertæſa, tametſi in judæos fureret, effecit tamen præter omnium opinionem, ut *aliquantiſper judæi manſueſierent*, & ad lectionem exterorum, imprimis græcorum ſcriptorum compulſi, *ratione attentius uti inciperent.*

 Cum

Cum *græcæ literæ* ab illo tempore, a tyrannide Antiochi Epiphanis, evaderent *inter judæos* velut *vernaculæ*, imprimis *in Ægypto*, *Alexandriæ*, *in Syria*, *Græcia*, scribere græce & *in scripturam commentari tentarunt*, sed alio periculo & damno. Qui græca didicerant, *hebraica fontesque ipsos neglexerant*, ita ut nec voces caperent hebraicas; quales supersunt *Philo* & *Josephus*, in græcis versatissimi, quoad sermonis græci nitorem, sed *fontium sacrorum imperitissimi*. *Josephus*, historiæ judaicæ scriptor, non fontes inspexit, qui non poterat, sed *versioni græcæ acquievit*, longissime ex eo a fontibus centies aberrans. Solidæ doctrinæ, in historia præsertim & geographia, physicis etiam & mathematicis imperitia eadem ætate effecit, ut versio græca Alexandrina in omnibus illis rebus historicis & geographicis, physicis quoque & mathematicis exprimendis, pene semper aberraret. Odium studiorum humaniorum ac elegantium disciplinarum, iniquam in fontes hebraicos genuit versionem. Qualis *in scripturam commentandi* esset illis seculis, præ subsidiorum defectu, *indoles*, ex *Philone* ipso luculenter patet. In elegantissima dictione & moralis philosophiæ decore Platonico, in *universis ejus commentationibus sensus literalis plane suppressus & extinctus*, non solum quod fontes hebraicos ignoraret, sed & quod illa ætas non doceret nisi *allegoricam* Mosis & prophetarum ad res suas plerumque novas *accommodationem*. Dedit Philo inscius *imaginem publicam commentationis judaicæ*, illis & longis sequentibus seculis ultra mille annos, *nullo sensus literalis gustu*, nisi ad pharisaismi splendorem & delicias, inter meras *allusiones morales*. Philonis os, seculi pectus, *scripturæ interpretatione* a fontium sensu & scopo alienissima, *meris allegoriis superba*. Quod in scholis judaicis non didicerat, commentando exprimere non sustinebat. In scholis judaicis, præter pharisæorum doctrinam juridicam, *moralis doctrina universa argutis sententiis & symbolis circumscripta*, *parabolis continuis contexta*. Quem ordinarium *judaicorum doctorum stilum*, *parabolis perpetuis conditum*, studio servavit Christus, ut audiretur, ac a pharisæis, argutiarum suarum in dicendo consciis, intelligeretur. Talis judæorum in scripturam commentandi consuetudo, sensu literali seposito aut sepulto, *ex defectu bonarum literarum, & externarum disciplinarum contemptu*,

temptu, duravit inter judæos in oriente & occidente, fere ad seculum a nato Christo decimum, quando *inceperunt judæi hebraicæ suæ linguæ scribere grammaticas & lexica*, ut hebraice balbutire prius discerent. Quam artem grammaticam, a græcis, romanis, aliisque gentibus mutuo acceperunt. Qua ætate judæi horrorem & odium exterorum librorum ac studiorum sensim deposuerunt, *decus aliquod ex philosophicis studiis acciverunt*, ut christianam imprimis gentem tacite æmularentur. Circa quæ tempora *symbolica vetus commmentandi ratio apud illos cessavit*, ac subnata est *commentatio literalis*, pro sensu proprio ac nativo cognoscendo. A qua ætate admodum recenti *integri cœtus literalium judaicorum commentatorum* per omnia Europæ regna, ubi dispersi, prodierunt. Non quod assequerentur statim Mosen & prophetas nativo suo sensu, sed quod *tentarent*, sicut adhuc, in hunc usque diem *tentant sagaciores*, etsi nondum scopum assequi possint *ex defectu disciplinarum nitidiorum*, quas perpauci attingant.

Primi illi *veterum commentarii* characterem habent דְּרַשׁ & מִדְרָשׁ, *Φρόντισμα*, *meditatio*, *commentatio*, generali appellatione: designat autem *symbolicum* illud *antiquum commentandi genus*, *sensu literali plerumque posthabito*. Appellati illi דורשי רשומות *Φροντίζοντες παρασημαινόμενα*, *interpretes scripturarum. Bava Kamma, cap. 7. f.* פב. *c.* 1. וילכו שלשה ימים במדבר ולא מצאו מים דורשי רשומות אמרו אין מים אלא תורה שנאמר הוי כל צמא לכו למים: *ἐκελεύθεισαν τρεῖς ἡμέρας ἐπὶ τρηχοῖ, καὶ οὐδόλως ἐκόμισαν νάματα. Φροντίζοντες παρασημαινόμενα μαρτυροῦσι. οὐθὲν νάματα ἀλλὰ παράδοσις, ὡς μαρτυρεῖται. εἶα, πηλίκος οὖν διψῶν, κελευθείετε πρὸς νάματα.* Exod. 15. *Ibant triduo in deserto & non inveniebant aquam: Symbolici textuum interpretes dicunt: Non est aqua nisi lex, juxta id. Eja, quisquis sitit, ite ad aquam.* Esse רשומות idem ac מקראות, monet Raschi in locum proximum. פסוקים *παραστιχίδες*, *versus*, sunt recentioris usus, pro distinctione textus in versus.

In *Medraschim*, veterum commentariis סמלים sunt, *σύμβολα*, *symbolorum apparatus copiosus*, quæ longo ordine solent recenseri, veterum doctorum nominibus plerumque expressis. Unde tales commentarii reapse sunt *congeries aut collectanea symbolorum*, quæ a majoribus in explicanda scriptura sunt auditoribus suggesta & commendata. Ex qua *symbolorum vetustorum compage*, pro ordi-

ordine & ſerie textus, appellantur *commentarii ſymbolici*, uti recentiorum judæorum commentationes ſimpliciores ac planiores vocantur *commentarii literales*, qui *ſenſum literalem* plus ſpectent.

In *Medraſchim* ſunt, uti מְשָׁלִים *σύμβολα* ita & אֲגָדוֹת vel הַגָּדוֹת, *διηγήματα*, *narrationes*, *hiſtoriæ*, conciſæ & *breves*, vel & *διηγήσεις*, hiſtoriæ *longiores*, vel veræ vel *arte oratoria per proſopopœias efformatæ*, ut ſunt *parabolæ*, forma perſonarum, agentium & loquentium, *non phyſico facto ſed morali uſu*. Qualium integra illis volumina. Eſt ab הִגִּיד *διηγέομαι*, *enarro*, *recenſeo*. *Raſchi*, in ſenſum literalem recenſendum propenſus, in exordio commentarii ſui in Threnos: יש מדרשי אגדה הרבה ואני באתי לפרש לשון המקרא כמשמעו. *εἴσι Φροντίσματα διηγήματος περισσά. Αὐτὰρ ἐγώνη προσέβην τῷ ἀφορίζειν γλῶσσαν τῆς γραφῆς κατ' ἄκουσμα αὐτῆς*, *ſunt ſymbolicæ enarrationes hiſtoricæ multæ: ſed inſtitui explicare textum ſcripturæ ſecundum ſenſum ejus literalem.*

Jungitur ſubinde *τῷ* דְּרַשׁ vicinum סֶמֶךְ, אַסְמַכְתָּא, *πρόσμιξις*, *applicatio*, *accommodatio*, dum locus ſcripturæ non probat ad quod adducitur ab interpretibus ſymbolicis, ſed argute *applicatur* & *accommodatur*. Nomine R. Jiſchmaëlis refertur: בי"ג מדות התורה נדרשת *tredecim μέτροις modis lex explicatur*, quoad ſingulos verſus, interpretatione ſymbolica. Quem numerum ad ſeptuagenarium alii judæorum extendunt. De quibus *Halichot olam* & *Schne Luchot habberit f.* שפט. *c.* 2. *Surenhuſius in conciliatione.* In illis interpretandi argutiis non eſt poſtrema אל תקרי *πώμαλα ἀναγόρευε*, *non lege*, *ne legas*, tantiſper diſſimulando veram lectionem, interea literas nonnihil immutando aut trajiciendo, v. *Schne Luchot habberit. f.* תג. *c.* 2.

Cum argumentum hoc admodum ſit prolixum, nec locus jam ſit illi exhauriendo, pro compendio nobis tantiſper ſuffecerit ſobrium *Maimonidis de ſymbolicis illis veterum interpretationibus judicium*, *More Nebochim part.* 3. *c.* 43. *f.* קסג *c.* 1. ארבעת מינים שבלולב כבר זכרו ז"ל בו קצת סבה על כל הדרשות, שדרכם ידוע למי שהבין דבריהם, וזה שהם אצלם בדמות מליצת השיר, לא שהדבר ההוא הוא ענין הפסוק ההוא, והחלקו בני אדם בדרשות לשני חלקים. החלק האחד ידמה שהם אמרום על כל ביאור ענין הפסוק ההוא. והחלק השני הוא מבזה אותם ויחשבם לשחוק אחר שהוא מבואר גלוי שאין זה ענין הפסוק והחלק הראשון נלחם ונתגבר לאמת הדרשות לפי מחשבתו ולשמרם,

ולשמרם, ויחשוב שהם ענין הפסוק, ושמשפט הדרשות כמשפט הדינין המקובלים. ולא הבינה אחת משתי הכתות שהם על דרך מליצת השיר אשר לא יספק ענינם על בעל שכל. וזה נפרסם הדרך ההוא בזמן ההוא והיו עושים אותה הכל כמו שיעשו המשוררים מזמרי השיר. אמרו ז"ל תני בר קפרא ויתד תהיה לך על אזניך אל תקרא אזנך אלא אזנך, מלמד זה שאם ישמע אדם דבר מגונה יתן אצבעו בתוך אזנו. ואני תמיה אם זה התנא אצל אלו הסכלים כן יחשוב בפירוש זה הפסוק ושזאת היא כוונת זאת המצוה ושהיתד הוא האצבע ואזניך הם האזנים. איני חושב שאחד ממי ששכלו שלם יחשוב זה, אבל היא מליצת שיר נאה מאד, הזהיר בה על מדה טובה והוא כי כמו שאסור לומר דבר מגונה כן אסור לשומעו וסמך זה לפסוק על דרך המשל השיר. וכן כל מה שיאמר במדרשות, אל תקרי כן אלא כן, זהו ענינו ; Buxtorfio interprete f. 473. *Quod attinet quatuor ſpecies frondium vel ramorum, qui illis diebus feſtis tabernaculorum geſtandi ſunt*, Lev. 23, 40. *illius rei cauſam allegoricam pro more ſuo Rabbini noſtri dederunt. Solent enim, quibus conſuetudo ipſorum nota eſt, allegoriis vehementer delectari, & crebro illis uti, non quod exiſtiment hanc eſſe mentem ſcripturæ, ſed inſtar jucundi alicujus ænigmatis, (h. e. delectationis gratia.) Duo autem ſunt hominum de allegoriis judicia. Quidam exiſtimant, illas ab illis adduci ad declarandam ſcripturam; alii vero irrident & contemnunt eas, cum certum ſit non eſſe eas textus ſententiam. Priores omnibus viribus pugnant ad tuendas & verificandas allegorias, & addunt, illas eſſe de ſenſu ſcripturæ; idemque eſſe judicium allegoriarum quod traditionum per cabbalam acceptarum. Sed neutri ex iſtis duobus rem intellexerunt. Sunt enim inſtar ænigmatum quorum ſenſus intelligentibus non eſt dubius. Illa enim docendi ratio illis temporibus admodum fuit trita & uſitata, quemadmodum poëtæ iſtum quoque morem obſervant. E. g. dixerunt Rabbini noſtri p. m. Tradit R. Kappara: Scriptum eſt* ויתד תהיה על אזנך, *Deut.* 25, 13. *ne legas* אֲזֵנֶךָ sed אָזְנֶךָ *Nam docet, quod homo digitum in aures ſuas immittere debeat, cum obſcænum aliquod verbum audit. Mirum equidem eſſet ſi magnus iſte doctor Talmudicus crediſſet, ſecundum illorum ſtultorum ſententiam, ita verſum hunc exponendum & intelligendum eſſe, ut per* יָתֵד *ſive paxillum intelligatur digitus, & per* אֲזֵנֶךָ *arma vel inſtrumenta, aures. Non exiſtimo autem quenquam ſanæ mentis id dicturum. Verum eſt alluſio & ænigma elegans, quod elegantem hanc νϑεσίαν & doctrinam nobis ſuppeditat: qua ratione prohibitum eſt rem obſcænam dicere, eadem quoque prohibitum eſſe eam audire. Et hoc tanquam parabolam aliquam illuſtrem expoſitioni*

versus adjecit. *Atque hic est sensus omnium illarum expositionum allegoricarum, in quibus dicitur, ne legas sic, sed sic.* Uterque in hanc Maimonidis sententiam commentator, R. *Schem Tob* & *Ephodæus* in eo conspirant cum Maimonide, quod *in Medraschim*, symbolicis scripturæ explicationibus, majores non existimaverint literalem illum esse scripturæ sensum, sed esse elegantem *applicationem verborum* ad rem aliam illustrandam, more poëtarum qui paronomasiis & figuris in applicando gaudeant.

A Maimonide allato *interpretationis symbolicæ exemplo*, ut pro אֲזֵנֶךָ legatur אָזְנֶךָ, vi paronomasiæ, pro usu morali illustrando, obscœna non esse audienda, sed aures avertendas, haud aliter ac si paxillus auri esset infixus, quo minus possit audiri spurcus sermo; ex asse par est totus veterum symbolicus commentarius in *Vaijikra Rabba*, & uberior symbolicus cumulus R. *Isaaci Aramæ*, in verba Mosis *de leproso Lev.* 14, 2. זאת תורת המצורע. Quæ verba ut per מדרש Φρόντισμα, *explicationem symbolicam*, possent apte *transferri ad doctrinam moralem de maledicentia & criminatione*, ut criminator comparetur cum leproso, lepra & criminatione pari fœdo morbo, corporis & animi; *ansa sumta est a priscis doctoribus ex paronomasia*, dum ad המצורע egregie alludit המוציא שם רע. Quomodo dictus Moses *designasse* per leprosum *hominem criminatorem*, quasi legem Moses non tulisset de leproso sed de criminatore. Non sane mens fuit majorum, Mosen revera pro sensu legis literali non leprosum descripsisse sed ex sua mente criminatorem; sed quod, *pro usu morali* ex leproso & verbis Mosis de leproso, verba illa & res ista universa *scite* possint *accommodari ad maledicum detrectatorem.* Moses itaque de criminatore dictus agere, non pro sensu verborum & proprio argumento, sed *pro interpretis ingeniosa allusione, ad morum doctrinam inde illustrandam.* Nec ergo est מדרש ex Mosis intentione & proprio verborum sensu; sed ex interpretis allusione & accommodatione est *ingeniosa symbolica applicatio.* Respondet talis applicatio *iconibus poetarum, oratorum*, veterum & recentiorum. Quo sensu belle & apte dicitur, pro arte oratoria, *criminator est leprosus*, paris indolis & fati.

Ars proinde doctorum judaicorum, verba Mosis in icones, imagines, symbola artificiose ope argutæ dictionis flectendi,

non

non præjudicat vero Moſis ſenſui, quem reliquit ſalvum lectoribus ac poſteris. Rivus obliquus non negat nec tollit fontem, origine & uſu naturali ac proprio. *Medraſchim non excludunt genuinum verborum ſenſum in Moſe & prophetis, ſed præſupponunt & mittunt peritis ac quærentibus.* Res redit in peritiam lectorum, qui ſcrutentur nativum Moſis & prophetarum mentem, adeoque genuinum verborum ſenſum. Jus vel uſus accommodandi non tollit jus verum ſenſum quærendi ac promendi. Quod eſt Maimonidis monitum de Medraſchim majorum. Plane uti nos de *Philonis* inter judæos, *Origenis* inter chriſtianos, parabolicis interpretationibus ſeu medraſchim judicamus, illas ſenſui literali expromendo non officere, ſed huic explicando jus integrum & incolume peritis relinquere. Quod & *Hieronymus* ſuo jure fecit aut tentavit, poſteriſque nobis *viam aperuit*, quam reformatio tandem præſenti animo inivit.

Recentius, & inter ſagaciores judæos planius ac ſimplicius ſed & *præſtantius commentandi genus, pro ſenſus literalis luce quomodocunque paranda*, dici illis cœpit פֵּירוּשׁ *ἀφορισμὸς*, *diſtincta explicatio*, פֵּירוּשִׁים *ἀφορισμοὶ*, *explicationes*, *enarrationes*, *commentarii*, *literales* potiſſimum, aut ad ſenſum literalem ſeu proprium a ſcriptore intentum. Eſt פרשׁ פָּרַשׁ *ἀφορίζειν*, *ſeparare*, *diſtinguere*, ſive factis ſibi verbis, diſtincte peragere aut eloqui, ſcriptoribus ſacris & judæorum doctoribus ſolenne. מְפָרֵשׁ *ἀφορίζων*, *ſeparans*, *diſtinguens*, re aut ſermone, recenſens, explicans, commentans. מְפוֹרָשׁ *ἀφοριζόμενον*, *ἀφωρισμένον*; *ſeparatum*, *diſtinctum*, facto vel voce, definitum, explicatum, determinatum, recenſitum, phyſice vel moraliter. פָּרָשָׁה in ſacris codicibus *ἀφορισμὸς explicatio*, *expoſitio*. Judæis פרישה, פרישות & הַפָּרָשָׁה & *ἀφορισμὸς*, *ſeparatio*, *diſtinctio*. פָּרָשָׁה *ἀφόρισμα*, diviſa res vel oratio, *ſectio*, *pars*, פָּרָשִׁיּוֹת *ἀφορίσματα*, *ſectiones*, *partes*. הֶפְרֵשׁ *ἀφορισμὸς*, *diſtinctio*, *diſcrimen*, *differentia*. לְאַפְרֵשׁ, *εἰς ἀπειρόριστον*, *in infinitum*.

Diſtingui debet פָּרַשׁ *ἀφορίζειν*, *ſeparare*, a פָּרַשׁ *κεντρίζειν*, *pungere*. Sono permultæ voces eodem diſtinctiſſimas deſignant res; quod diſcernere in legendo ac recenſendo alicujus eſt attentionis & operæ. Quo uſu פְּרַשׁ *κεντρὶς* eſt *ſtimulus*, פְּרִישִׁין *κεντρίδες*,

τρίδες, *calcaria.* Unde aliud est פָּרָשׁ κατάφρακτος, *cataphractus*, eques armatus. Aliud iterum est פֶּרֶשׁ κοπρός, *fimus*, *stercus*. Habent suum locum פַּרִישׁ, פַּרִישִׁין περσική, περσέα, περσικαί, περσέαι, *Persica*, *Persea*, *Persicæ*, *Perseæ*, fructus nobiles. Aliud porro פָּרַשׁ παραδοξάζεσθαι, *mirum aut admirabile esse*; פָּרֵשׁ παραδοξάζειν, *mirabile reddere*; פְּרִישָׁן παράδοξα, *mirabilia*; פרישות παράδοξον, *mirabile*, פְּרִישָׁן παράδοξα, *mirabilia opera*. Tanti est distinguere, & cuncta distincte determinare, ut in quacunque disciplina, ita imprimis in studiorum elementis ac fundamentis, in philologico foro, cum a solida ac vera distincta vocum significatione pendeat universa autorum interpretatio.

Neque debet confundi פָּרַשׁ ἀφορίζειν cum פָּרַשׁ περιπετάζειν, *expandere*, *explicare*, *extendere*, quod ad interpretationem non refertur. Ita nec מִפְרָשׂ περιπέτασμα, *velum*, *aulæum tensum*, ad orationem pertinet. Adeoque nec alio sono פְּרַשֵׁז περιπετάζειν ad sermonis usum spectat. Multo minus פָּרַס ἀπαρτίζειν, *dividere*, *dispertiri*, ad explicationem sermonis translatum est. Neque ad interpretationis indolem quid confert פַּרְסָה πτερνίς, *ungula*, *calx*. פֶּרֶס *Lev.* 11, 13. est πύγαργος, *albicilla*, aquila cauda albicante. Quæ discrimina attendere non est פַּרְזוֹן προαστεῖς, *suburbii*, *pagi*, nec multorum פְּרָזוֹת προαστείων, *suburbiorum*, neque פְּרָזִי προαστειασαμένες, *suburbani*. Nec sibi hæc vindicant פְּרוּשִׁים περιούσιοι, *sanctuli*, *pharisæi*. פְּרוֹזְבִין πρέσβεις, *interpretes*, ac פְּרוֹזְבְּטִין πρεσβευταί, *nuncii*, *oratores*, *interpretes*. Hi norunt פְּרוֹזְדְגְמָא aut פְּרוֹסְטַגְמָא πρόςαγμα, *mandatum*, *decretum*, פרוזדגמאות προςάγματα, *mandata*, *decreta*, *diplomata*, quæ sunt fontium sacrorum scripta. Meminerunt hi illius: לא יהיו דברי התורה בעיניך כפרוודגמא ישנה אלא כפרוודגמא חדשה: Μηδόλως γενέσθωσαν πεφραδμένα τῆς παραδόσιος ἔμπροσθεν σε καθότι πρόςαγμα χρονιζόμενον ἀλλὰ ὡς πρόςαγμα καινιζόμενον, *ne sint verba legis apud te tanquam mandata vetera*, *sed ut mandata nova*. Concedimus *consuetudini* cum *Ezechiele* 27, 7. מִפְרָשׂ περιπέτασμα, & cum chaldæo פְּרִיסָה περιπέτασμα, *velum*, *aulæumve*, quod tendat pansum, ut libet. Nobis hæc tenuina sunt pro פְּרוֹסְדָא προςόῳ, *porticu*, *vestibulo domus*.

Sicuti veterum מדרש φρόντισμα intendit applicationem symbolicam, cujus argumentum משל σύμβολον, *symbolum*, *para-*

bola, *allegoria*, sensu literali seposito & relicto; ita פירוש ἀφορισμὸς recentiorum pro scopo habet פְּשַׁט ἀνάπτυξιν, *explicationem*, *planum literalem sensum*, citra applicationem symbolicam, nisi forte majorum nomine allegetur. Est autem verbum פָּשַׁט rursus valde æquivocum. Nunc פָּשַׁט σπαδίζειν, κατασπᾷν, est *exuere*, *vestem aut cutem detrahere*, *excoriare*, *nudare*, *spoliare*: הַפְשָׁטָה κατάσπασμα, *detractio*. Nunc פָּשַׁט σκήπτειν est *irruere*: Nunc פָּשַׁט σκέπτεσθαι est *speculari*, *meditari*, *discere*, *studere*: Nunc פָּשַׁט διαπτύσσειν, ἀναπτύσσειν, est *pandere*, *expandere*, *explicare*, *diducere*, *dilatare*, *aperire*. Quod *physice* in se proprie intelligitur de rebus corporalibus. Hinc *moraliter* eleganti translatione refertur ad *patefactionem rei tectæ*, *patefacere*, *revelare*, *detegere*, atque sic porro ad *explicationem libri*, aut orationis vel ænigmatis, aut oraculi, aut symboli. Quomodo פָּשַׁט ἀναπτύσσειν est *explanare*, *declarare*, *explicare*, *enarrare*, & *diducere sensum effati aut sententiæ*, ita & *solvere quæstionem*, *dubium*. Quo usu ab antiquis & recentioribus *de sensus literalis enarratione* scite & commode adhibetur. פָּשׁוּט ἀναπτυσσόμενον, διαπτυσσόμενον, *extensum*, *simplex*, ut opponitur τῷ עָקוּם καμπτομένῳ, *curvo*, *flexo*, aut כָּפוּל συμπλεκομένῳ, *complicato*, *duplici*, aut מוּרְכָּב περικαμπτομένῳ *composito*, *in physicis*. Eodem modo *moraliter* de *explicatione* פָּשׁוּט. פָּשׁוּט ἀναπτυσσόμενον, *clarum*, *planum*, *perspicuum*, de sensu literali, & quovis sermonis argumento dilucido. פָּשׁוּט & פְּשִׁיטוּת ἀνάπτυξις, *extensio*, *expansio*, *physice*: פֶּשֶׁט, פְּשׁוּט ἀνάπτυξις, *moraliter*, *explicatio* libri aut sententiæ, sensus literalis: פְּשָׁטִים ἀναπτύξεις, *explicationes*, de sensu literali. In genere nummorum פְּשִׁיטָא πτύξις, est *lamella parva*, *obolus*, *nummulus*, ut instar squamarum parvi erant nummi ex ære diducto & tenui, dünne Platen / qualis nummulus alio sono in sacris audit קְשִׁיטָה πτύξ, πτύξις, *lamella*. In herbarum campo פְּשִׁיטְנָא χαμαιπίτυς, *chamæpitys*, Erdpin / vergiß mein nicht.

Familiarior est *sensus literalis* character מַשְׁמָע ἄκουσμα, *auditio*, כְּמַשְׁמָעוֹ κατ᾽ ἄκουσμα αὐτοῦ, *quoad auditionem ejus*, *prout auditur*, ut verba sonant, sensu verborum genuino, pro autoris scopo ac mente.

Pro פֵּירוּשׁ ἀφορισμὸς, *explicatio*, adhibetur & בֵּיאוּר φανέρωσις, *declaratio*, *expositio*, *elucidatio*, sensu & usu eodem. בֵּאֵר φανερόω

est *declaro*, *explico*. מְבֹאָר Φανερὸν, *clarum*, *apertum*. *Bechai* suo in Pentateuchum commentario dedit nomen ביאור על התורה; *R. Abraham Seba*, צרור המר ביאור על התורה; *Abarbanel* suo, פרוש התורה, eodem sensu & scopo.

Tametsi vero *fontium* hebraicorum illa sit inter Rabbinos explicatio, aut in illos commentatio, nihil tamen commercii habet בֵּאֵר Φανερȣ̃ν, *declarare*, cum בְּאֵר Φρέαρ, *puteo* Born/ Brun; a quibus longe differt בּוֹר βόθρος, *fovea*; ut & בּוֹר Φρȣρὰ, *custodia*, *carcer*. Atque hæc iterum longe distant a בִּירָה Φρȣ́ριον, *castellum*; בִּירָנִיּוֹת Φρȣ́ρια, *castella*, *arces*. Veritas nobis בִּירָה Φρȣ́ριον, *castellum*, & *fontes sacri* בארות מבוארות Φρέατα Φανερȣ́μενα, *fontes clari & aperti*.

CAPUT X.

De duabus doctorum judaicorum *sententiis*, docendi & commentandi modum spectantibus.

לא מדרש עקר אלא מעשה,

לא מדרש עקר אלא פשט האמתי,

SEculo primo, Christi ævo, cum familia Hillelis senioris, sub quo Christus natus, in academia hierosolymitana præsidium teneret, per filios & nepotes, integro seculo, usque ad urbis exitium & gentis exilium, *Simeon*, Rabban *Gamalielis filius*, academiæ caput, hac usus est sententia, *Pirke avot cap.* 1. *hal.* 17. כל ימי גדלתי בין החכמים ולא מצאתי לגוף טובה אלא שתיקה ולא המדרש הוא העקר אלא המעשה וכל המרבה דברים מביא חטא, ὅλας ἡμέρας μȣ ἐμεγαλύνθην ἐν τοῖς γνώμοσι, καὶ ȣ̓δόλως ἐκόμισα τῷ γυίῳ ἀγαθὸν, ἀλλὰ μὴ σιγῶσιν. καὶ ȣ̓δόλως τὸ Φρόντισμα ἐστιν τὸ ἄκρον, ἀλλὰ ἡ πρᾶξις. καὶ ὅλος καὶ πᾶς περισσεύων πεφρασμένα, προσβιβάζει ἀδικίαν, *Omnibus diebus meis educatus sum inter sapientes, nec inveni corpori bonum, præter silentium: neque commentatio est præcipuum sed praxis: & qui cumulat verba, inducit peccatum.*

In quam sententiam fuse commentatus est *R. Isaac Arama* in *Akedat Jizchak*, *in Leviticum*, quam dissertationem viri philosophicam superiori mense luci dare ac vertere contigit. Hic ergo suffecerit notasse, quod, cum academiæ suæ consuleret, *docendi metho-*

methodum circumscripserit, qui in docendo nollet adhiberi longas differendi ambages, quas non caperent auditores, vel scopum non penetrarent, præ dicendi copia; sed nervose dici ac concise res determinari ac describi, ut auditorio facile sit mentem & sententiam docentis percipere ac retinere. Docendi proinde genus nervosum ac concisum, planum & perspicuum, commendare studuit, præ verbosa, diffusa, adeoque ex amplitudine obscura dissertatione. Quod silentium ab illo commendatum non est absolutum sed relatum; in oppositione ad verbositatem in docendo. Comparate, *differendi mediocritas ac temperantia* disciplinæ tradendæ utilior, corporive aut substantiæ doctrinæ fructuosior, quam longæ digressiones, illo judice. Confirmat hanc methodum *majorum* inter judæos *exemplo*, qui ita disciplinas suas tradere sint sueti, breviter & nervose. Rationem addit, quod scopus docentis non sit nec esse debeat longa sua de re oratio ac prolixa dissertatio, sed opus, istorum praxis, ut auditores mox & bene cuncta percipiant, & ad usum apte transferre possint. Finem docendi esse, usui auditorum consulere, non suæ differendi luxuriæ. Ratio, quod in ampla dissertatione facile incidat, quod argumento & rei tractandæ plus obsit quam prosit, & quo auditor a scopo avertatur. Quo sensu *Rabban Simeon* voce מדרש φροντίσματος, *meditationis* ac *dissertationis*, generali usus est sensu, pro *differendi studio* in doctrinæ tradendæ ambitu.

R. Jizchak Abarbanel פירוש על התורה, in Legem commentario, in Exod. f. קפר. c. 1. pronunciat: לא מדרש העקר אלא הפשט האמתי: οὐδόλως φρόντισμα τὸ ἄκρον ἀλλὰ ἡ διάπτυξις ἡ ἐτητύμη, *Non commentatio præcipuum est sed sensus literalis verus*. Et hic duo commentandi genera attingit, unum priscum symbolicum, sensu scripturæ literali relicto, alterum recentius planum & apertum, literali sensu spectato. Hoc illi præferendum esse ait, cum interpretis veri non sit nisi verum autoris sensum considerare ac demonstrare. Hoc illi est עקר ἄκρον, scopus interpretis legitimus. Quomodo vocem מדרש φροντίσματος, *commentationis*, stricte pro veteri commentandi sumit consuetudine, symbolorum usu, sensu literali posthabito.

Utrum-

Utrumque effatum, *R. Sim*
primo, & *R. Abarbanelis*, feculi
tandi methodo præftantiore, rat
ditorum & lectorum refpondere,

Aben Efra, carmine fuo in co
fcripturæ literalem פשט comparans
Φροντίσματα, fymbolicas veterum ex
bus, nunc fubtilibus fericis nunc
mentariorum difcrimine colophone

כליקים
דע יפוקים
מזוקקים
לקים
על מחקים
עמוקים
ם

ים
רים ונחוקים
עתיקים

Viri integri norunt, de explic

quod fint fundatæ fuper verit
& omnia illorum verba inftai
Aft fymbolicæ illorum expofitio
Aliquæ funt ænigmata, & arc
Aliæ ad refocillandos animos
Aliæ ad confirmandum lapfos,
Quare fimiles funt corporibu
& explicationes fymbolicæ inft
Quædam illarum ut fericum fi
Et fenfus *quidem* literalis

Quomodo & ajunt, quod fcri
Et hæc verba funt valida, π

, *R. Simeonis*, ex ætate Christi, seculo
, seculi XV. de docendi ac commen-
iore, rationi humanæ & commodis au-
pondere, intelligant prudentes.
suo in commentarium Threnorum, *sensum*
mparans cum solido *corpore*, sed מדרשים
eterum explicationes, cum fluitantibus *vesti-*
icis nunc crassis ciliciis, pro *præclaro com-*
olophonem his imponat:

אכן אמת יכינו מדרשי קדמונינו הצדיקים
שהם נוסדים על קשט ובחליקת מדע יצוקים
וכל דבריהם כזהב וככסף שבעתים מזוקקים
אכן מדרשיהם על דרכים רבים נחלקים
מהם חידות וסודות ומשלים גבוהים עד שחקים
ומהם להרויח לבות כלאות בפרקים עמוקים
ומהם לאמץ בכשלים ולמלאת הריקים
על כן ידוו לגופות טעמי הפסוקים
והמדרשים כמלבושים בגוף דבקים
מהם כמשי דקים ומהם עבים כשקים
ודרך הפשט הוא הגוף בדברים נכבדים ובחוקים
וכן אמרו שהמקרא כפשוטו והדברים עתיקים

de explicationibus symbolicis majorum nostro-
rum optimorum,
uper veritate, & flumine scientiæ fusæ,
erba instar auri & argenti septies purgata.
n expositiones multis modis differunt.
ta, & arcana, & symbola celsa usque ad nubes.
s animos fessos in articulis profundis.
um lapsos, & implendum vacuos.
orporibus *sensus nativi versuum*,
bolicæ instar vestium, *corpori adhærentium.*
sericum subtiles, quædam crassæ ut sacci.
literalis *est* corpus *in rebus præclaris & in*
statutis.
quod scriptura sit pro sensu suo literali.
valida, πεφραδμένα ἀκμαστά.

(o)